MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80057-2

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

ENNIUS, QUINTUS

TITLE:

...CARMINUM RELIQUIAE...

PLACE:

PETROPOLI

DATE:

1884

Master Negative #

91-80057-2

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record



87En6
IE84 Ennius, Quintus. Works 1884
Q. Enni Carminvm reliqviae. Accedvnt Cn. Naevi belli Poenici qvae svpersvnt, emendavit et adnotavit Lvcianvs Mveller. Petropoli, impensis C. Rickeri, 1884.
xlvii, 295 p. 22½ cm.

104264

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 5-24-91 INITIALS M.D.C.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT



Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202







MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.



Columbia University
in the City of New York
LIBRARY

Q. ENNI

CARMINVM RELIQVIAE.

ACCEDVNT

CN. NAEVI BELLI POENICI

QVAE SVPERSVNT.

EMENDAVIT ET ADNOTAVIT

LVCIANVS MVELLER.

PETROPOLI.
IMPENSIS C. RICKERI.
A. MDCCCLXXXIV.

85
13

L. S.

Anni MDCCCLXXXII vere cum aggressus quod diu mecum volveram librum scribere coepissem de Q. Ennio, alienum erat a proposito edere carminum eius reliquias, non quod multum tribuerem exemplaribus vulgatis, sed quia cupiebat animus secundam editionem libri de re metrica et Nonii adversaria nostris curis perpolita, opera pridem promissa doctis, tandem aliquando absolvere. Verum hoc consilium post aliquot menses est mutatum. Cito quippe mihi apparuit tantum numerum errorum gravissimorum foedissimorumque in editionibus Columnae, Merulae, Vahleni inesse (quorum de parte maiore haud quisquam inter doctos erat suspicatus), ut plane esset hominis officium suum deserentis pati poetam principem Romanorum non tempore modo, sed dignitate diutius isdem quibus mersus erat obrui tenebris.

Itaque eodem fere tempore, quo librum de Ennio composui, carmina eius a me sunt castigata. In quibus tractandis cum eandem plane viam ac rationem sim secutus quam olim in Lucilii saturis, prooemio iam licet uti breviore.

Additae sunt Naevii librorum de bello Poenico reliquiae, magis ut demonstraretur eorum perversitas, qui Momsenum secuti ducem componunt Ennio illum vel adeo praeponunt quam quod omnia in eis ad sanitatem revocari posse existimarem.

Vt Lucilii olim, etiam Ennii ac Naevii libros commentario aliquo illustrari placuit, ut et recte scripta commode possent intellegi et corrupta vel suspecta agnosci sine negotio. Ceterum quo chartae parceretur, ea quae tractata essent in libro, quem de

317931

Ennio edidimus, hic repetere supersedimus, ita tamen, ut cum cura notarentur loci, ubi quaeque essent in eo exposita.

Denique illud mihi monendum non posse uti curis hisce cum fructu, nisi cui secunda editio vitae Ritschelii, quae ante hos sex annos Berolini est emissa, probe fuerit cognita. Nam hac potissimum intimae animi nostri opiniones ut de antiquitatis studiis tractandis, ita de crisi adhibenda scriptis veterum patefactae sunt ac divulgatae.

Dab. Petropoli, Kal. Mart. A. MDCCCLXXXIV.

L. M.

CAPVT I.

Ennii carminibus quatenus et quomodo usi sint veteres.

Iam primum omnium in laceris librorum reliquiis restituendis id spectandum, quo quisque auctorum in referendis eis utatur modo, etsi multi parum intellexere, neminem oportet ignorare.

Veluti Mauricius Hauptius si respexisset numquam a Varrone annales Ennii afferri hoc nomine, pepercisset utique (Hermae I, 401) Ennio tribuere versus foedissimos et Vahleno, qui successit ei in cathedram Lachmanni, quam ipso digniores hosce:

vovit Opi Florae Vedio Iovi Saturnoque
Soli Lunae Volcano Summano itemque
Vortumno Laribus Dianae Lucinaeque;

in quibus certe fuit scribendum *Iove* et *itidemque*. Omissa autem sunt ab eo quae post illud *itemque* leguntur in libris gravissima *Larundae Termino Quirino*. A Varrone autem (V, 74) praemissa cum sint haec: *ut annales dicunt*, apparet eosdem tangi libros, qui V, 101 sic memorantur: *a Roma quod orti Siculi, ut annales veteres nostri dicunt.*

Qua fortuna sint usi, quibus casibus iactati per antiquitatem libri Ennii, expositum est a nobis v. E. pgg. 270—276. Praeterea conferenda quae capite II quaestionum Lucilianarum sunt dicta. Quibus hoc loco addi satis visum est pauca.

Notum est ex Ennii scriptis frequentissime citari annales, tum tragoedias, aliquanto rarius saturas, comoedias ab uno Nonio. Quae cum ita sint, apparet versus eius qui sine libri mentione afferantur si dactylici sint numeri, annalibus potissimum assignanda, si iambici vel trochaici tragoediis, non saturis, exceptis paucis, qui cur his magis sint adscribendi probabilis possit reddi ratio.

Praeterea dignissimum memoria eos, a quibus citantur Ennii versus, omnes quidem ut homines liberaliter eruditos habuisse satis perspectam artem dactylicorum eius metrorum, at maximam partem non perinde iambicorum, trochaicorum sotadicorumque, minus autem etiam bacchiacorum et creticorum. Quid quod ipsum Ciceronem parum gnarum fuisse

horum docent quae ad Thyestae III, Andromachae 164 sunt adscripta? — Hinc intellegitur plus licentiae nobis datum ad metri artem reconcinnandam in eis quae non sint dactylica.

In afferendis annalium versibus numquam libri numerus memoratus Varroni; neque is a Cicerone plus bis respectus; v. quae notata sunt ad VI, 1; X, 3. Contra Festus tam saepe eum prodit, vix ut possit dubitari, ubicumque non refertur ille, in alia parte libri eaque deperdita olim fuisse positum. Dictum de hoc v. Enn. pg. 276. At Paulus nullo loco citat numeros, neque magis Isidorus.

Ex annalibus et epigrammatis quae promit Lactantius, a Cicerone repetita; nec quae de Euhemero dicit hic de nat. deor. I, 42, 119 fugere ingenii Tulliani admiratorem studiosissimum, id quod apparet ex eis quae ad Euhem. IX adscripta sunt. Neque tamen quae afferuntur ab eo de libro Enniano, tracta sunt ex scriptis Ciceronis. Quis enim existimabit hunc fuisse tam rudem tamque agrestem, ut librum prosa conscriptum et ab archaismis omnibus vacuum putaret esse Q. Ennii? Quae cum ita habeant, mihi videtur Lactantius usus esse carminis Enniani (quod hexametris dactylicis Krahnerus, trochaicis tetrametris contineri rectius statuit Vahlenus) paraphrasi quadam pedestri Ciceronis tempore facta. Nam eodem etiam Catonis de moribus carmen in pedestrem sermonem translatum apparet, quod et ipsum neque metri iam nec sermonis prisci ullum habet vestigium. De qua re alias pluribus dicetur. — Ceterum eodem quo Lactantius lapsus est errore inducti quidam Suetonii aetate putabant Ennii nescio cuius, qui et ipse Ciceroni fuit aequalis, libros de litteris syllabisque ac metris poetae esse Ennii.

Atque primo a. Chr. n. saeculo haud paucos in urbe fuisse studiosos Euhemeri disciplinae (quae cur Romanis potissimum hominibus debuerit placere demonstratum est v. E. pg. 113) probatur eis quae Varro et Nepos de Saturno tradidere.

Hieronymus quae ex Ennio affert ex Ciceronis libris ducta probabile est nec minus quae Augustinus. Et omnino tenendum premendumque nullum scriptorum, qui a tertio inde p. Ch. n. saeculo fuerunt, in afferendis Ennii versibus ipsius libris usum, quamquam non est improbabile exstitisse ultimis imperii Romani temporibus anthologiam quandam, qua excerpta ex Ennii, Lucilii,

Caecilii aliorumque poetarum antiquissimorum libris continerentur. Ea usus videtur Ausonius.

At Macrobius quae affert ex annalibus Ennii plurima eademque pretiosissima non magis ex hac duxit, quam ex integro poetae exemplari, sed ex commentariis ut puta Perellii Fausti de furtis Vergilii vel Octavii Aviti homoeon elenchon, quibus demonstrabatur, quos et unde versus transtulisset Vergilius. — Ceterum quod aliquoties numeros librorum a Macrobio apparet afferri falsos, id utrum ipsius culpa evenerit, an librariorum incertum est.

Praeterea cum multis indiciis comprobetur hominem aetatis ultimae parum gnarum fuisse scaenicorum antiquissimorum metricae, in eis, quae ex tragoediis Ennii petita affert, licet aliquando uti maiore mutandi audacia.

Quae ab Isidoro memorantur, ex Festi vel Varronis excerpta libris; quae a glosariorum auctoribus, ex Festo vel Paulo.

Quae in thesauro novo latinitatis, quem A. Maius parte VIII auctorum classicorum edidit, ex Ennii scriptis proferuntur, ea, ut Luciliana, ex Prisciano ducta vel Paulo.

Quae in anecdotis Helveticis leguntur ea, ut notavit Hagenus noster, ducta ex Prisciano, praeter versum (pg. 94): '*olli respondit rex Albai Longai*', qui petitus est ex Donato (1772) et quia ibi sine auctoris nomine ferebatur, adscriptus perperam Vergilio. — Haec igitur omitti potuerunt.

Ex codice Sangallensi 621 Orosii (saec. est IX) editioni nostrae accessere pretiosissima haec (ann. 170; 235; 274, 75):

cum nihil horridius umquam lex ulla iuberet;
quantum consiliis quantumque potesset is armis;
at non sic dirus fuit hostis
Aeacidas Pyrrhus.

Prolata ea primum ab E. Duemmlero a. 1869 in menstruis a M. Hauptio editis.

Ex quibus priora Ekkeharti, qui c. ann. 1040 floruit, adscripta sunt manu, ultima grammatici aetate prioris. Conferenda quae refert Carolus Zangemeisterus praef. Orosii pg. XX sq.

Nec vero quisquam, cui sana constet mens, existimet versiculos istos ex Ennii quodam petitos exemplari; sed ducti sunt haud dubie ex integris Ciceronis de re publica libris, quos saeculo X

etiamtum in Gallia et Germania exstitisse certum est. Ita etiam in cod. Sangallensi 397 inveniri Ennii quaedam, sed olim nota, edoctus sum humanissime a Duemmlero, qui simul mihi scripsit alios Ennii versus, qui nondum essent vulgati, in codd. Sangallensibus a se non inventos. Locos autem Orosii, quibus adscripta essent Enniana, cum magna comitate mihi demonstrarunt Zangemeisterus Heidelbergensis et Idtensonus Sangallensis.

CAPVT II.

Quid a saeculo inde XVI profecerint grammatici emendandis explicandisque libris Ennii.

Primi Robertus et Henricus Stephanus componere cum aggressi essent fragmenta Ennii, mox iniecto per Lipsium, Scaligerum, alios magno antiquissimorum auctorum Latinorum hominibus studio immortalem laudem sibi paravit collectis illis emendatisque et illustratis Hieronymus Columna, cuius prodiit editio Neapoli a. MDXC. Nam et in conquirendis eis diligenter admodum est versatus, ut pauca relinqueret supplenda posteris, nec minus in explicandis ac disponendis et librariorum erroribus tollendis, quamquam minus bene ei res cessit in annalibus quam in reliquis scriptis Ennii.

Hoc solum ei exprobrandum, quod abreptus partium studio — quo plurimum infringitur verum — in Scaligeri meritis aestimandis parum se candidum aliquando praebuit iudicem.

Vsi sumus editione libri eius quam a. MDCCVII Franciscus Hesselius prompsit Amstelodami, additis doctorum, qui post Columnam fuerunt, commentis nonnullis et verborum indice perutili.

Primus autem qui lucem affunderet annalibus, carmini divino nobilissimisque cuiuslibet aetatis comparando operibus, inventus est Paulus Merula, qui quinque annis post Columnam Lugduni Batavorum illos edidit. Hic enim etiamsi tollendis vitiis carminis Enniani non ita felicem navavit operam, magnaque fuit audacia in versibus, quos undique conquisitos iure vel secus ad illud referret, explicandis disponendisque saepiusque hariolandi cupiditate quadam est abreptus, tamen qua erat ingenii sagacitate primus recte iudicavit de argumento libri primi, secundi, tertii, sexto intellexit contineri bellum, quod cum Pyrrho rege gessere Romani, tertio

decimo et insequente quod cum Antiocho, quinto decimo tumultus Aetolicos. Minus recte eundem existimo disposuisse eos, qui sunt medii, hactenus, quod decimo adscripsit bellum Macedonicum, quod Flaminini virtute est compositum, cum mihi magis videatur simile veri finem contineri eo belli cum Hannibale gesti. Quod quibus rationibus adductus statuerem, expositum est v. E. pgg. 169 sqq. Praeterea prorsus fefellit illum opinio de ultimis tribus libris, quorum argumentum persecuti sumus pgg. 177 sqq.

Vtque de initiis et finibus multorum operis Enniani voluminum verissime iudicavit Merula, item bene meritus est de eo explicatis et dispositis apte fragmentis plurimis. Quod cum ita sit, non erit mirum, quod in editione annalium nullius ex prioris aetatis doctis saepius memoratur a nobis nomen quam huius.

Atque utinam pepercisset ille fictis versibus Livii, Naevii, Ennii, Lucilii, quos ex Calpurnii libris de continentia veterum poetarum et glosariis Fornerii petisse se diceret, aeternas nomini suo inurere notas! Equidem semper miratus sum semperque mirabor, quonam tandem pacto possit fieri, ut homines ingeniosi ad laudes et honores, quos facile obtinere licet eis vera via nisis, per dolos et fallacias contendant; quae plane relinquenda sunt ignavis. Nam de fraude Merulae non iam posse dubitari post disputationem Iosephi Lawickii, quae prodiit Bonnae a. 1852, hodie constat inter omnes. Ac posset res pluribus argumentis adseri, si esset opus.

Placuit tamen versus suppositicios, quos Ennio addidit ille, non quos Naevio, ex Vahleni ac Spangenbergii descriptos libris apponi eis, quae perperam constat Ennio tributa. — Praeterea quae ex Danielis Servio a se petita dicit, cum absit fraudis suspicio, ea ubicumque a Thilonis testimoniis differebant, adscripta sunt commentario critico.

Ceterum cum non licuerit uti ipsius editione Merulae, sed ea quam a. MDCCCXXV repetiit Ernestus Spangenbergius, simulque textu annalium, qui in appendice editionis Hesselianae est expressus, quidquid de Merulae curis a nobis proditum est, Spangenbergii et Vahleni fide niti moneo.

Ab ipso autem Spangenbergio pauca sunt novata, sed plerumque prudenter, excepto quod eodem atque Merula tenetur studio ea noscendi, quae explorari nullo modo possint, itemque satis magna utitur in verbis Ennii constituendis licentia. De quo tamen ne

iniquius iudicemus, tenendum eum accessisse ad Merulae editionem typis refingendam eo tempore, cum pridem abdicasset antiquitatis studia. Atque vel ideo vehementer est laudandus, quod primus de initio libri septimi annalium recte iudicavit; quo tamen invento uti nescierunt, qui eum tempore sunt insecuti.

Iam cum tanta sint et talia Merulae merita in annales Ennii, ut quidquid recte gessit Vahlenus in edendis eis praeter paucissima, si non Columnae, illi debeat, ubicumque nihil profecit Merula, et ipse fere caecutiat, audiamus, quid de eo memoriae prodiderit. Ipsa verba sunt adscripta, quantumvis barbara (praef. pg. VI): '*annales edendi curam Merula suscepit, ingeniosus Batavus: sed nimium indulgens ingenio nec emendatione profuit insignius, nec felicius fragmentorum, quam praecipue agebat, dispositionem instituit. Qui ne perspexit quidem, quos fines huic coniecturali critices generi ipsa natura rerum praefigat: in quo genere hariolandi ac temere opinandi uberior materies, severitate argumentandi aut rationum necessitate probari pauca possint. Vnde Merulam non eum fuisse apparet, cuius praecipue vestigiis editor annalium recentior insisteret*'. Quod iudicium, incertum arrogantius an vanius, quanti sit faciendum facile apparebit ei, qui attenderit quoties Merulae nomen cum laude memoretur in editione nostra, quoties Vahleni.

Ceterum haud dissimili iactantia de Columnae curis iudicatum pg. V.

Sed is, qui in praefatione dixit omnium maxime philologum decere fidem, quanta ipse usus sit diligentia in referendis priorum criticorum meritis, paucis libet demonstrare exemplis.

Ad sexti annalium libri initium haec sunt notata (quaest. Enn. pg. XLVIII): *exorsum esse librum ab eo quem primum posui versu Cicero apud Quintilianum VI, 3, 86, licet editores non viderint, non obscure prodiderat. Vnde colorem duxit is, a quo Lucretius quintum de natura rerum incepit: 'quis potis est dignum pollenti pectore carmen condere?'* Iam qui tam fastidiose Quintiliani editores carperet, eum dicas aliquid protulisse ex proprii ingenii copiis. Verum et inventum ipsum et exemplum quod additur sunt Columnae. Deinde quod in verbis Servii adscriptis ad aen. II, 173 coniecit pro '*lamis*' reponendum *lacrimis*, idem commendaverat Spangenbergius. Porro versum: *explorant Numidae: totam quatit ungula terram,* qui legitur ap. Macrob. VI, 1, 22, ab Hugio refert

redditum libro septimo. Sed ante Hugium eundem huic adscriperat Cuperus. Praeterea cum dixit res punicas tribus libris ab Ennio nisi se opinio falleret absolutas, non addidit nil aliud a se nisi Merulae sententiam repetitam. Possum alia memorare levitatis eius exempla. Sed satis est hic notari, quod neglegenter admodum idem versatus est in referendis auctoribus ordinis ac dispositionis carminum a se institutae. Igitur suus cuique a nobis redditus honor cum ea fide quae maxime decet philologum.

Praeter Columnam et Merulam alii multi docti, inter annos 1550 et 1650 qui fuerunt, bene meriti sunt de Ennio, nemo melius Scaligero. Tum diu eius studium cessavit. Ex nostri saeculi criticis h. l. potissimum memorandi Hermannus, Bothius, Bergkius; porro Hugius et Ilbergius.

Neque fraudandus est sua laude O. Ribbeckius, qui etsi in verbis tragicorum latinorum restituendis plerumque parum feliciter est versatus, tamen explicandis eis et conferendis cum exemplaribus graecis satis utilem navavit operam. Cf. v. E. 83 sqq.

De Vahleno dictum alibi. Itaque hic satis est notare eum in tragoediarum Ennii reliquiis tanta cum credulitate secutum librum Ribbeckii, ut vel huic, qui in editione altera ex eis, quae amplexus erat confidentissime Vahlenus, multa immutavit, commotum risum compluribus commentarii eius locis appareat.

Duo eius sollertiae promam exempla. Cum apud Ribbeckium ferrentur haec male conflata ex Cic. ad Att. XIII, 47, 1:

> postquam abs te, Agamemno, ut venirem, tetigit aures nuntius,
> extemplo edolavi iussum,

Vahlenus omnia, prout hic leguntur apposita, recepit inter verba Ennii. Credidit igitur Ribbeckio pro eo quod est *iussu alicuius venire* dici posse *edolare iussum alicuius.*

Eidem Vahleno cum persuasisset amicus quae inveniuntur apud Charisium 254 ex tragoedia petita potius quam ex comoedia et quidem ex Phoenice Ennii, quo etiam magis tragica haec viderentur, interposuit media verbis Nonii opera 245, 27 servatis et a Ribbeckio interpolatis audacissime:

IV

tun potuisti credere?

V **

. . . egone illam? — pudor est eloqui — quam comperi —?

VI

[melius exacue] atque exerce linguam, ut argutarier possis.

Apparet, ut puto, perinde feliciter rem gestam a Vahleno, ubi proprium et ubi alienum sequitur iudicium.

Denique in disponendis incertorum librorum reliquiis idem ne medio imum magis discreparet quam primo medium duxit cavendum. Nam cum duplex via pateat, ut aut ea iungas quae aliqua sive rerum seu verborum similitudine inter se sint affinia, aut certe proponas singula secundum ordinem auctorum a quibus sunt tradita, Vahleno neutrum placuit; sed valere iussis ratione et iudicio exhibita sunt ab eo promiscue 'non bene iunctarum discordia semina rerum'.

Hoc tamen summus ille in universitate Berolinensi linguae litterarumque latinarum arbiter secum habeat servetque sepulcro, ut Vergilii verbis utar, solacium, quod et a Momseno, qui auctore Vahleno et contempto Hauptio per librum cui inscriptum 'C. Lucili saturarum; Carolus Lachmannus emendavit' Lachmanni foedavit memoriam, editio eius Enniana etiamnunc inter praestantissima artis criticae habebitur monumenta, nec minus a Buechelero, quem audio in afferendis Lucilii versibus non nostro uti libro, sed isto, qui Momseno debetur et Vahleno. Is quanto cum plausu exceptus sit a doctis, cognoscere qui voluerit, legat quae ipse confessus est Vahlenus in praefatione indicis Luciliani.

Ac licuit quidem mihi hoc loco eodem iure quo olim Lachmanno in commentario Lucretiano perversam incusare doctorum patientiam, quod per annos triginta Ennii, poetae ingeniosissimi gravissimique, cuius studia non modo ad Romanos, sed ad totum pertinerent genus humanum, exemplaribus corruptissimis et quorum magna pars nec ab ipso Vahleno esset intellecta (qui quatenus illius perspexerit sensus etiam indicis in fine libri adiecti haud paucis probatur locis) nec intellegi ullo modo posset, usi sint velut integerrimis et expeditissimis. — Sed misso horum errore libet potius cum spe laeta faustisque ominibus finem facere capitis, cum denuo sit comprobatum exemplo luculentissimo numquam firmam esse laudem falsam. Nam. de Vahleno ita hactenus iudicabant

plerique, ut dicerent eum in Lucilio quidem et Varrone cum magna versatum imperitia, sed eundem Ennio, in quo tractando ipse Ritschelius manum eius rexisse videretur, satis utilem laudabilemque navasse operam. Verum haec opinio statim est eversa, ex quo accederet ad Ennium is, cui suppeteret otium pariter et pervicacia libere iudicandi nec ullam rem sectandi nisi verum. Atque ita est effectum, ut qui iterum se editurum Ennii carminum reliquias ausus esset profiteri iam deiectus sit loco et deturbatus. Cumque Columnae et Merulae nomen mansurum sit victurumque, donec constet pretium litteris latinis earumque parenti, ipsius maxime interest Vahleni, ut quam celerrime excidat ex memoria hominum recensuisse umquam Ennii libros Vahlenum.

CAPVT III.

De subsidiis et rationibus editionis huius.

In subsidiis editioni huic parandis primum praesto nobis fuere, qui olim Luciliana studia promoverunt. — Itaque laudandi mihi ut ante hos XII annos Martinus Hertzius, Henricus Keilius, Hermannus Hagenus, Georgius Thilo, Iosephus Kleinius, Carolus Zangemeisterus; praeterea Carolus Dziatzko, Otto Muellerus, Rudolphus Peiperus, Franciscus Ruehlius, alii quidam, quorum subinde iniecta est mentio.

In Ciceronis scriptis usi sumus potissimum Orellii Baiterique et Halmii copiis.

In libris rhetoricis cum saepe parum constet de meliorum codicum testimoniis, quae in apparatu critico a me afferuntur ex Orellii, quem neglegenter admodum facta Abrincensis codicis collatione usum esse constat, editione altera et Vahleni ex libro potissimum sunt petita. — Praeterea Franciscus Ruehlius misit nobis excerpta ex codice Harleiano librorum de oratore. Is et ipse pertinet ad decurtatos atque ut vetustate ita virtutibus ac vitiis simillimus est Abrincensis et prioris Erlangensis; id quod apparebit etiam ex dittographiis Ennianis quas in appendice vulgavimus. Plura de eo dicta ab Adlero prooem. novissimae ed. librorum de oratore pg. VIII sq.; qui etiam liberalitate usus est Ruehlii.

In libris de divinatione compendia adhibita haec:

A	Lugdun. Voss. 84
B	Lugd. Voss. 86
H	Lugd. Heins. 118
V	Vindobonensis.

In Gellii libris cum hic illic haberem suspecta Vahleni Ribbeckiique testimonia, M. Hertzius mihi rescripsit annalium saturarumque varias lectiones a se excerptas ex apparatu et transmissas illi; in tragoediis hunc ipsum copiis isdem usum, non sine erroribus quibusdam; quos omnes quominus adnotaret negotiorum se magnitudine impediri. Idem tamen, qua est comitate, nonnulla, de quibus dubitassem, quo modo perscripta essent in suis codicibus me docuit. Interim prodiit editionis Gellii scriptorum diu exspectatae pars prior, qua non mediocriter adiuti sumus. Reliqua praeter paucula illa, quae in usus nostros enotarat Hertzius, ex Ribbeckii Vahlenique sumpta esse libris et horum constare fide tenendum.

Et hi quidem potissimum codices fuere respiciendi:

Rottendorfianus saec. XII
Parisinus saec. XIII
Vaticanus saec. XIII
Bernensis saec. XII
Lugdunensis (Voss. maior) saec. XIV
Vaticanus (qui olim fuit Christinae) saec. X
Vossianus minor saec. X
Petavianus saec. XII
Magliabecchianus saec. XV.

Quantum ad Nonium, propriae sufficiebant copiae, auctae illae collato codice Harleiano, quem a. 1872 E. Sieversius, professor Ienensis, missus a nobis in Britanniam, cum maxima diligentia excussit. Similis est admodum Lugdunensi, cui non multum cedit probitate. Parisinum autem 7667, quem plurimi facit Quicheratus, descriptum ex illo, et quidem iam correcto, recte notarunt Sieversius et Onionsius, a quo nuper est edita collatio libri Harleiani. Itaque ad fragmenta a Nonio servata Lugdunensis potissimum Harleianique et Guelferbytani adscriptae sunt dittographiae.

In Festi sylloge praeter codicis Farnesiani scripturam, qualis in editione Muelleri legitur, adhibita sunt a nobis ea, quae ab Henrico Keilio musei Rhenani VI, 624 sqq. sunt notata, nec non

quae de quaternione sexto decimo nunc deperdito libri Farnesiani prompsit Th. Momsenus libello, qui prodiit Berolini 1864.

In Isidori originibus praesto nobis fuerunt scripturae a Iosepho Kleinio suppeditatae codicum Guelferbitani, Frisingensis, Parisinorum 7582, 13027, 13028.

Anni prioris autumno interponente operam Georgio Goetzio, viro de Plauti comoediis perbene merito, Gustavum adieram Loewium, ut, siquid in glosariis invenisset, quod editioni nostrae esset utile, mecum communicaret. Respondit mihi neque fragmenta ulla nova poetae a se reperta et dittographias memoria dignas admodum paucas; quas quidem sub finem anni, cum requiescere liceret a negotiis quibus tum premeretur plurimis, excerpturum se mihique missurum. Sed antequam id fieret, iuvenem egregiae spei miseranda abstulit calamitas.

COMPENDIA

Diomedis codicum:

A	Parisin. 7494
B	Parisin. 7493
M	Monacens.

Prisciani:

R	Parisin. 7496
P	Parisin. 7530
B	Bambergens.
D	Bernens.
H	Halberstadiens.
A	Amienens.
G	Sangallens.
L	Lugdunens.
K	Caroliruhens.

Servii Philargyriique codicum dittographias exceptis locis paucissimis, qui casu ab eis sunt omissi, Hageni Thilonisque exhibuit nobis comitas. — Adhibiti autem libri sunt hi:

I. plenioris commentarii:

C	Cassellanus (aen. I. II)
P	Paris. 1750 (aen. I. II)

	F	Bernens. 172 (aen. III—V); Paris. 7929 (aen. VI—XII)
	G	Bernens. 167 (aen. III—XII)
	T	Bernens. 165 (aen. III—XII)
II.	brevioris:	
	B	Bernens. 363
	K	Caroliruhens. 186
	A	Caroliruhens. 116
	C	Cassellan. (aen. III—VI)
	L	Lipsiens.
	R	Reginens. 1674
	N	Laurentian.
	S	Sangallens. 861 et 862
	H	Hamburgens. 52
	M	Monacens. 6394
	E	Monacens. 18059.

Quod dub. I ex fragmento bibliothecae Carbonariae grammatico a se repetitum dicit Columna, satis constat eum usum Bobiensibus libris velut Vindobonensibus, qui nunc sunt, 16 et 17. cf. quae a Keilio sunt dicta praef. gramm. lat. I pg. XVIII; IV pg. XV. Et hos quidem a se non tractatos scripsit mihi idem; sed Eichenfeldium et Endlicherum tanta cum cura ac fide in eis versatos, ut non sit probabile quidquam ab eis omissum. Neque alibi verba illa sub nomine Ennii se meminisse afferri. Potuisse tamen fieri, ut in Parrhasii codicibus quaedam inveniret Columna, quae iam non extarent. — Ceterum cur non quidem Columnae, sed auctori fragmenti, quisquis fuit, fidem negandam censerem, suo est loco expositum.

Porro Carolus Dziatzko communicavit nobiscum dittographias codicis antiquissimi Parisini Donati in Terentium commentorum, quorum quidem exiguam satis partem contineri illo notum est, simulque Oxoniensis, qui saeculo scriptus est XV. Editionum vetustissimarum, ex quibus maxime memorandae Romana anni 1472 et Veneta anni 1485, aliorumque quorundam librorum scripturae varietatem ex Vahleni commentis repetii. Huic eam commodaverat Schopenus. — In tanta subsidiorum tenuitate eo magis dolendum, quod Ennii fragmenta quae inveniuntur apud Donatum graviores quam Lucilii traxere corruptelas.

Lactantii scholiastae ex codicibus, quae ad rem nostram facerent, excerpta sunt ab Ottone Muellero, viro de Statii carminibus praeclarum in modum merito.

Quod ann. v. 534 ex vetustissimo quodam auctoris incerti commentario in Statium a se depromptum testatur Columna, nihil sibi de illo compertum rescripsit mihi idem; attamen cum in bibliothecis Italicis multi extent codices scholiorum Statii parum explorati, nihil esse cur dubitetur de fide Columnae.

In Macrobii et Capellae scriptis Eyssenhardtii nostri, cuius et in eligendis codicibus iudicio et in excerpendis fide tuto acquiescimus, usi sumus potissimum copiis. Ceterum Eyssenhardtius, cum anno superiore eum viserem, dixit mihi etiam in Neapolitano Macrobii libro (id quod eum fefellerat, Iani silentio deceptum) extare Graeca atque ob id ipsum haud improbabile excusso illo aliquid commodi redundaturum ad reliquas partes operis Macrobiani. Sed enim conferendi eius cum copia in tempore esset nulla, utetur cui licuerit. — Itaque secuti sumus potissimum Parisinum librum (P).

Denique quae ex Ausonii technopaegnio sunt excerpta, eorum dittographias suppeditavit Rudolphi Peiperi comitas.

Faciliores aliquanto fuere ad tractandum Ennii librorum reliquiae quam Lucilii, hanc potissimum ob causam, quod de argumento eorum magis constat et pauciores traxere corruptelas.

Duodecim fere locis cum vitia remediis viderentur maiora, tradita memini relinqui a me intacta; praeterea nonnumquam recepta ea, quae cum minime putarem certa tamen Ennio essent haud indigna.

In orthographia constituenda eandem plane atque olim in Lucilii saturis secutus sum viam. Itaque expressa sunt Ennii carmina ea fere scriptura quae saec. p. Chr. n. I obtinuit, excepto ubi antiquioris usus haud dubia tradita erant indicia. — Ceterum non indignum memoria quae a Nonio afferuntur Enniana, ducta videri ex fontibus, in quibus magis esset obscuratus antiquus scribendi mos quam in Lucilianis quae ab eodem memorantur grammatico.

Praeterea sic habeto: in hac editione, plane ut in Lucilii, *us* vel *is* finales breves, ubicumque propter metrum necesse erat, orbatas consona nec non verbum *est* ubique vocali. qui scribendi modus siquando codicum auctoritate firmabatur, id a nobis sedulo indicatum.

Asteriscis singulis sum usus ubi vel auctoris vel libri nomen non esset traditum antiquitus; binis ubi neutrum.

Vt olim in Lucilio, ita nunc in Ennio metris mancis saepe adiecta imago partium quae deficerent. Ibi interdum indicata supplementa pedum, quae admittendae causa elisionis a vocali inciperent, facile patefaciet hominibus auritis arcana ratio musica.

In disponendis carminibus quo magis vivida ac florida Enniani ingenii repraesentaretur imago, non alienum duxi ab arte aliquando ea certis adsignare libris, quae appareret etiam alibi commode potuisse habere locum. Sed enim hac venia raro fuit utendum ac modeste.

Atque ut in Lucilio fragmentis aliquo inter se nexu iunctis apposui latinas secundum alphabeti ordinem litteras; graecas eis, quae etsi tali carerent vinculo tamen propter res vel dicendi genus haud dissimile cum commodo una legi posse viderentur.

In eis quae ad ultimam annalium partem sunt relegata, primo loco posita, quae ad militiam pertinerent. Ita dignum visum carmine eo, cuius maior longe pars versaretur in virtute bellica celebranda Martigenae populi et urbis cui Valentiae esset nomen.

Ex tragoediis eae primum propositae, quae ad bellum spectarent Troianum, ut multarum earumque aliquo modo inter se nexarum coniunctis reliquiis quaedam ingenii Enniani capi posset imago, cum unam integram nobis negarit Fortuna. Eumenidibus, quae agmen claudunt, subiectum haud dissimilis inventionis carmen de Alcmaeone. — Deinde Medea est exhibita, quae et numero fragmentorum et quod extat fabula Euripidis unde ducta est multum confert et ipsa ad tragicam venam Ennii cognoscendam, tum Thyestes (quod cum Medea argumentum omnium frequentissime est tractatum a Romanis); postremo reliquae secundum litterarum ordinem.

In fabularum incertae sedis reliquiis primo loco sunt positae sententiae ad vitam regendam utiles.

In apparatu critico instruendo id maxime vitatum est a nobis, ne nugis et quisquiliis frustraremur legentium oculos pariter animosque. Quid enim, ut hoc exemplo utar, poterit redundare commodi ex ineptissimo commentario tali, quali rhetorica ad Herennium data obruit Kayserus? cui quidem numquam

apparet vixisse Wolfium et Lachmannum. — Itaque in memorandis dittographiis codicum optimum quemque et a fraude alienissimum sumus secuti, interpolatorum falsique manifestorum testimonia plerumque silentio praeterita, cum coniecturam non pluris esse habendam constet sive hoc anno sive ante multa saecula sit proposita. — Nec non alia quaedam levicula et quae nihil facerent ad Ennii verba restituenda omitti placuit, cum magna tenerer spe fore ut plerique ultro crederent, nobis, qui aliquo usu sumus horum studiorum et fortasse fama aliqua, id maxime fuisse curae, nequid desset editioni nostrae, quod adesse deberet, cumque multorum aetatis huius doctorum virtute, Halmii, Baiteri, Keilii, Hertzii, Thilonis, Hageni, aliorum, esset effectum ut, siquis vellet, facillimo posset negotio plenius doceri de variis quas dicunt lectionibus.

Atque eadem usus sum cautione in memorandis coniecturis doctorum; de qua re iam satis dictum a nobis in prolegomenis Phaedri, pg. XXXVI sq. — Etenim cum hominem critici dignum nomine id solum oporteat studere ut auctoris, quem tractaverit, talem prorsus reddat speciem, qualem ipse informarit animo, apparet ne posse quidem ab eo salva conscientia aliorum recipi commenta, nisi quae conveniant imagini illi. — Accedit quod novissimo tempore quanto difficiliora sunt fragmenta libris integris, tanto levius in eis grassatos esse constat plerosque, ex quibus haud pauci fuere adulescentuli, aetate, scientia, arte prorsus immaturi. Itaque tali commentorum farragine, qualem videre est apud Ribbeckium, impediri potius quam instrui aliorum animos quis poterit negare? Atque adeo levitatis existimo esse maximae, negotium eligendi quae potissimum vera vel similia esse veri videantur in verbis scriptoris, quem edas, demptum propriis umeris imponere lectoribus, qui librum fere sumunt, non ut edoceant, sed ut edoceantur. Quae cum ita sint, maiorem numerum coniecturarum in eis tantum scriptoribus proponendum existimo qui rerum earumque diversissimarum copia potius quam tractationis arte sint insignes. At fuit qui diceret ideo certe congeriem commentorum struendam quantum posset fieri maximam, nequis bis idem pro novo venditaret inventum! — Verum ne sic quidem adduci potui, bonam ut chartam perderem. Nam sicut erit et dolendum, si ab editore bonae silentio praetereantur coniecturae, et laetandum, si eae oblivione pressae iterum proferantur ab aliis, ita malae et ineptae, ut

centiens repetantur, non maiorem afferent utilitatem legentibus, quam eis qui commenti sint gloriam. — Itaque plane erit alienum a re, ne homines insulsi coniecturas obsoletas offerendo pro novis neglegentiae incurrant crimen, illudere doctorum otio pariter et pecuniae aucta in immensum variantium lectionum mole.

Lineola interiecta declaratur omissa quaedam a nobis; punctis interpositis indicantur librariorum hausta dolo.

Ceterum ut Gerlachii exemplar Lucilianum, ita Vahleni Ennianum adeo erat vitiosum, nullo ut pacto tradi posset typographis. Igitur quotquot extant reliquiae Ennii carminum, cum apparatu critico habes descriptas vel nostra manu vel adulescentis impigri, cui nomen Victori Neumanno. Qua in re etiamsi prospeximus, quantum cura ac labore provideri potuit, ne errores orerentur, nec minore sumus usi studio, cum typis exprimeretur liber noster, rogatos tamen volumus homines elegantes eosdemque honestos (nam hos solum respici libris nostris saepe memoravimus), ut cum Vahleni socordiam exemplo carentem et maiorem fide per tot annos non modo tulerint patientissime, sed laudibus cumularint, pauculorum leviculorumque, sicubi deprensi fuerint, veniam nobis dent errorum.

Denique in fine voluminis est adiectus Ennii pariter ac Naevii verborum index omnium.

QVAESTIONES NAEVIANAE.

CAPVT I.

De carmine belli Punici.

Satis constat Naevium, qui Livium Andronicum, antiquissimum poetam latinum, proxime insecutus est tempore, exstitisse auctorem carminis tragici epicique, cuius argumentum non ex fabulis Graecorum sed ex Romanorum rebus esset petitum. Recte enim viri docti inscriptiones quae sunt 'Romulus' sive 'alimonium Remi et Romuli' et 'Clastidium' videntur rettulisse ad fabulas praetextatas, quibus infantia conditorum Romae et victoria a M. Marcello a.

222 a. Ch. ad Clastidium de Virdumaro Gallorum rege reportata celebrarentur. Praeterea idem metro saturnio bellum Punicum primum, cui ipse interfuerat, est persecutus.

Ac facile intellegitur his primum adhibitis carminum generibus praestitisse aliquid poesi latinae Naevium, cum abundarent Romani et rerum gestarum copia et virorum illustrium ac bene de patria meritorum multitudine, quam nullus alius populus aequavit.

Sed de praetextatis illius fabulis cum vix quidquam constet (nam aliena sunt prorsus a Romulo, quae apud Festum pg. 270 s. v. 'redhostire' et apud Ciceronem Cat. mai. VII, 20 posita adscripsit ei O. Ribbeckius), carmini autem de bello Punico, cuius exstant reliquiae aliquanto plures, cito caligo sit inducta editis annalibus Ennii, de hoc accuratius sumus disputaturi.

Ac primum quidem apparet perscriptum hoc opus a Naevio sub finem vitae. Nam testatur Cicero (Cat. mai. 14, 50) eum senem (h. e. annos natum plus sexaginta) versatum in eo componendo. Porro satis certum est idem extremis belli Punici secundi temporibus prodisse. Nam etsi de natali Naevii anno parum constat, tamen cum idem bello Punico primo militaverit, vitamque testis sit Varro ultra a. 204 a. Ch. eum produxisse (cf. Ciceron. Brut. 15, 60) — et Hieronymus quidem chronicis eum refert 201 mortuum, sed probabile est eum longius vixisse —, vix multum a vero aberrabimus, si statuerimus eum natum circa 270.

Quod si ita habet, eum non ante a. 210 vel adeo post incohasse carmen de bello Punico oportet. Cui perpoliendo non potest dubitari quin diutius navarit operam, non modo quod eodem tempore etiam fabulas scripsisse eum paupertate coactum credibile est, sed quia ab ipso primum excultum est genus dicendi epicum, quod parum feliciter tractatum esset a Livio Andronico, cuius praeterea odyssea, translata ex Graeco, argumenti erat ab operis Naeviani argumento prorsus diversi. Itaque simillimum est veri circa id ipsum tempus, quo Ennius Romam venerit, prodisse epos Naevii. Illum autem a M. Catone quaestore adductum scimus in urbem a. 204.

Carmen olim uno volumine et continenti scriptura expositum et Octavii Lampadionis grammatici opera qui c. a. 140 floruit divisum in septem libros proditur testimonio Suetonii (de gramm. cap. 2). Et Ciceronis quidem aetate utramque editionem fuisse in

usu Santrae grammatici constat testimonio (ap. Non. pg. 170 s. l. 'septifariam'). Cuius verba sunt haec: *quod volumen unum nos lectitavimus, set postea invenimus septifariam divisum.* Nec vero insequenti saeculo editio quae ab ipso poeta erat proposita ex usu est remota.

Quod cum ita sit, non potest esse mirum, quod et antiquiores grammatici et posteriores, quos constat plerumque copiis usos eorum qui aurea argenteaque litterarum latinarum aetate fuerunt, saepius — si Nonium exceperis — afferunt Naevii verba omissa libri nota quam addita. — Praeterea quod haud raro memorantur numeri voluminum aperte falsi, ita commode poterit explicari, ut dicamus, ubi antiquitus esset traditum: *Naevius belli Punici libro,* additum aliquando numerum librariorum arbitrio, quo supplerentur manca quae ipsis viderentur. Eodem errore, sed aliquanto magis ridiculo, peccatum etiam in Nonii codicibus, ubi *Varro Prometheo libero* memoratur. Nam pro *libero* cum scriptum esset *libro,* aliquoties nota libri addita ab interpolatoribus scriptumque ut puta: lib. I, lib. II.

Ceterum simillima res fuit in Livii Andronici odyssea. Quae cum olim uno contineretur volumine, post, incertum quando, a grammaticis ad exemplum editionis Zenodoteae in libros est divisa XXIV. — Verum hac editione rarissime usos doctos inde apparet, quod bis, non saepius (ap. Prisc. pgg. 647 s. v. *linter;* 752 s. v. *daps;* nam de verbis Non. 194, 20 s. l. *baltea* servatis, quae olim et ipsa adscripsimus odysseae, denuo agendum), memoratur odysseae latinae numerus libri.

Notum inter omnes Naevii carmine tractatum bellum Punicum (sive, ut ipse inscripsit, Poenicum) primum, quo de Sicilia certatum inter Romanos et Carthaginienses. At de prooemio eius non perinde constat.

Et in limine quidem operis cum imitatione Homeri manifesta posita erat invocatio Musarum:

novem Iovis concordes filiae, sorores,
Musas quas memorant Grai quasque nos Casmenas.

Nam ita scribendum versum alterum reddendumque Naevio, qui apud Vahlenum legitur in annalium Ennii initio et quidem ita scriptus:

Musas quas Grai memorant, nos Casmenarum,

demonstratum est v. E. 137 sq.

Atque in prooemio ipso satis est probabile Naevium memorasse se bello Punico primo interfuisse, non ut Vahleno placuit in libro VII. Nam cum Ennium in prooemiis tantum editionum annalium, quae quattuor ab eo sunt institutae, de se egisse constet, non in exodiis, etiam in hac re Naevium ei exemplo fuisse non abhorret a vero.

Deinde libris I et II res Latinas ab antiquissimis inde temporibus usque ad conditam a Romulo et Remo urbem, non ultra, poetam esse persecutum cum persuasum habeant plerique, mihi quidem secus videtur. Nec vero causa et ratio apparet talis instituendi prooemii, nisi existimaveris a Naevio Romae et Carthaginis, potentissimarum tum temporis urbium et imperii aemularum, simul relata initia eorumque origines aliquo modo inter se coniunctas.

Atque haec opinio non caret sua probabilitate, modo ne statuatur, quod plerisque placuit, Aeneam auctore Naevio antequam in Latium perveniret, devertisse ad Dido reginam.

De qua re accuratius est expositum v. E. pgg. 147 sqq. — Etenim cum Ennium appareat in referendis antiquissimis rebus Latinorum secutum Naevium (nam uterque et Anchisen vaticinandi artis facit peritum ab eoque adductum tradit Aeneam ut relinqueret Troiam antequam caperetur nec non omissis regibus Albanorum qui apud Livium Vergiliumque et alios reperiuntur scriptores Aeneae ex filia nepotem dicit Romulum), non alienum erit, ut puto, ab artis criticae legibus alterius narrationem supplere ex alterius.

Iam vero constat ab Ennio, ut a Timaeo scriptore Graeco factum, originem Romae eidem plane adscribi tempori, cui Carthaginis, et quidem anno fere a. Chr. n. 880, circa quem a Dido Carthaginem conditam frequentior fama obtinuit. — Nam cum in annalibus fuerint hi versus:

septingenti sunt, paullo plus aut minus, anni,
augusto augurio postquam inclita condita Romast,

apparet debuisse poetae causam adesse gravissimam, cur annum Romae natalem longe remotum a medio saeculo a. Chr. VII, cui vulgo tum tribuebant initia urbis, aetati isti assignaret, cum

praesertim haec temporum ratio minime conveniret traditae de VII regibus Romanorum famae, quam et ipse sequitur. Quos quidem tali pacto regnasse apparet per annos fere trecentos septuaginta, ut singuli imperium obtinerent per saeculi plus dimidium! Nec vero ulla poterit excogitari ratio, qua adductus Ennius urbem conditam reiceret in a. 880, nisi coniungere vellet origines Romae et Carthaginis, ex quibus altera Iunoni summae deum reginae esset acceptissima, altera invisissima et quarum contentionibus certaminibusque essent oritura bella gravissima et longissima quae vidisset antiquitas. — Certis quippe demonstrari potest testimoniis ab Ennio fingi Iunonem haud minus infensam Romanis, posteris Troianorum, quam a Vergilio Troianis; quam post Cannensem demum cladem odium abdicasse vetus refertur in annalibus.

Quae cum ita sint, celeberrimum illud consilium deorum, quo de Romuli ipsiusque Romae fatis futuris agebatur ab Ennio, apparet non potuisse adscribi tempori, quod fuit sub mortem Romuli (ut visum Merulae) et multo minus ei, cum expositi sunt Romulus et Remus iubente Amulio, id quod placuit Vahleno, sed debuisse proponi statim post Romam et Carthaginem conditam. — Atque in eo expositum est a Iove de Romanorum et Carthaginiensium contentionibus fato destinatis promissumque excidium Carthaginis nec non praedictum de Romuli et Remi rebus futuris.

Quae accuratius a nobis tractata nullo potuere pacto hic omitti, licet eadem simus persecuti in libro de Ennio, pgg. 150 sqq., quippe quorum maior pars ad Naevium non minus pertinere videatur quam ad Ennium. — Nam cum Naevii pariter atque Ennii carmina epica, quae gravissimi essent momenti ad historiam poesis latinae, hausta sint eodem naufragio, quo maxima pars librorum latinorum Ciceronis aetate priorum, sed felici quodam casu ut memoravi, evenerit, ut Naevius aliquatenus suppleri posset ex Ennio, quem illius fuisse studiosum etiam aliunde constat, cum magna satis probabilitate licet statui, eodem fere modo in carmine belli Punici atque in annalium primo enarrata initia Romae et Carthaginis. Et ut constat Naevium pariter atque Ennium dixisse Romulum Aeneae ex filia nepotem, apparet ne potuisse quidem fieri, ut ille faceret Aeneam devertentem ad Dido, si modo et ipse eodem anno Romam et Carthaginem tradidit conditam. — Quae cum ita sint, non erit critici cauti et circumspecti verba quae ap.

Non. 335, 2 s. v. *liquerit*, 474, 6 s. v. *perconta* leguntur adscripta belli Punici lib. II:

blánde et dócte pércóntat,
Aenéa quó pácto Tróiam urbém liquisset

referre cum Lipsio et Nibuhrio ad Dido, cum eodem iure eadem trahi possint ad Latinum regem.

Quaeritur iam utrum Naevius prooemii loco, ut vulgo nunc statuunt, antiquissimas solum res Romanas usque ad conditam Romam persecutus sit, quo initia prima ac semina bellorum Punicorum demonstraret, an continuaverit historiam urbis usque ad finem belli cum Pyrrho rege gesti devictamque et subactam Italiam. Atque hoc cur verius esse putem, causam habeo unam, sed gravissimam.

Apud Varronem d. l. lat. VII, 45 leguntur haec:

Eundem Pompilium ait (Ennius) fecisse flamines, qui quom omnes sint a singulis deis cognominati, in quibusdam apparent ἔτυμα, ut quor sit Martialis et Quirinalis; sunt in quibus flaminum cognominibus latent origines, ut in his qui sunt versibus plerique:

Volturnalem Palatualem Furrinalem
Floralem qui Falacrem et Pomonalem fecit
hic idem.

Quae verba mirificis modis a viris doctis sunt exagitata. — Nam cum Adrianus Turnebus (Advers. XXIII, 16) putasset contineri iambis scazontibus, quod tamen metrum primum Varronis aetate a poetis latinis est adhibitum, Odofredus Mueller hexametris heroicis illa constare existimavit et auctoris esse Ennii, eumque secutus est Vahlenus. Feruntur igitur tales apud Vahlenum:

Volturnalem, Palatualem, Furrinalem
Floralemque Falacrem et Pomonalem fecit
Hic idem.

In his ut primi versus numeros omittam plane ἀμέτρους, in secundi fine disyllabum vocabulum est positum, id quod nullus ex poetis fecit antiquis (nam Homeri exempla, quae feruntur contraria, sunt corrupta), si quintus pes constaret spondeo. Sed enim abhorret ab omni fide Ennium, summum illum numerorum artificem, effudisse versus tam foedos, et quorum similes in reliquiis carminum eius praeter eos qui errore doctorum ei sunt adscripti nullos invenias. Nec vero Varronis verbis ullo modo confirmatur esse

ista Ennii. Concepta sunt metro haud dubie saturnio et in hunc fere modum restituenda:

Voltúrnalém, Palátuálem, Fúrrinálem
Florálemque ét Falácrem et Pómonálem fécit
Hic ídem.

In his repositum est ab O. Muellero illud 'Floralemque' pro 'Floralem qui'; praeterea 'et' a me adiectum est. — Neque quidquam est quod in numeris reprehendas. Nam quod ad primum versum, caesura post thesin quartam in metro hoc non semper observatur. Praeterea spondeus secundo loco pro iambo positus saepe efficitur vocabulo spondiaco vel in spondeum exeunte, ut in epitaphio Naevii:

immórtalés mortáles flére sí forét fas,
flerént divaé Casménae Naéviúm poétam.

De quo infra accuratius exponetur. Denique nulla causa est cur putemus in vocabulo quod est *Falacer* secundam syllabam, ut in lexicis fertur, fuisse brevem potius quam longam.

Haec si recte disputavimus, apparet ne de auctore quidem horum versuum iam posse dubitari. Nec enim ullum novimus poetam, qui saturnio metro res populi Romani sit persecutus, nisi Naevium. Huc accedit, quod verba Naevii ap. Non. pg. 197, 15 s. v. *castitas* servata:

res dívas édícit,
praedícit cástus,

in quibus *castus* idem valet atque *caerimoniae,* ad eundem Numam percommode trahi posse apparet.

Quae cum ita sint, conicio in carmine de bello Punico prooemii loco non modo, ut vulgo existimant, antiquissimas res Romanorum usque ad urbem conditam tractatas, sed omnium regum acta, nec non quae liberae reipublicae tempore usque ad devictam Italiam evenissent. Haec enim multo minus potuere omitti quam regum qui post Romulum fuere res gestae.

Cum his egregie convenit, quod v. E. pgg. 129 sqq. demonstratum est ab hoc poeta primum editos annalium libros sex, qui ab antiquissimis inde temporibus pertinerent usque ad fugatum ex Italia Pyrrhum redactosque in dicionem Tarentinos. Nam ut constat Ennium, qui circa annum a. C. n. 195 annales coepit conscribere, exemplo maxime Naeviani carminis, quod sub finem belli

Punici secundi prodisse supra docuimus, excitatum esse ad suum epos incohandum et multa eundem mutuatum a Naevio, ita facilis oritur suspicio eo consilio ab illo materiam selectam, ut quae brevius percurrisset Naevius prolixo iam carmine enarrarentur.

Ita cum res habeat, quod testatur Priscianus pg. 707 apud Naevium inveniri in carmine belli Punici hoc *Samnite*, licet id referre ad bella, quae cum Samnitibus gesserunt Romani, quamquam intellegitur ex uno verbo, nisi aliter constaret de argumento operis Naeviani, nihil omnino posse concludi.

Iam etsi minime apparet, quae potissimum res in prooemio sint tractatae, tamen haud inepte statuetur fabulosa et miraculosa aetatis antiquissimae eventa a Naevio aliquanto accuratius esse descripta quam quae historiae fide constarent. Atque in illis tam diligenter est versatus ut iudicium saepe desideres. Veluti scimus eum prolixa narratione persecutum esse Anchisae et Aeneae cum uxoribus sociisque ex ardente Troia fugam, tempestatem, qua Troianorum classis auctore Iunone est vexata, orationem Aeneae consolantis socios, Veneris querelas apud Iovem et huius responsum (cf. Macrob. VI, 2 pg. 514 Ian.; Serv. in aen. I, 198). At longe aliter Ennius; a quo constat res Aeneae ut peregrini hominis breviter attrectatas, contra Romuli, qui usque ad Caesarum tempora, cum Iulia gens, quae genus sese ducere putaret ab illo, rerum est potita, multo magis fuit popularis inter Romanos duce Troiano, enarratas accuratissime.

Neque tamen veri est simile eo curae progressum Naevium, sicut putant plerique, ut scutum Aeneae ab eo fusa narratione describeretur, velut ab Homero Achillis, a Vergilio eiusdem Aeneae. — Nam quae huc referuntur vulgo, a Prisciano pgg. 679; 689 servata:

ineránt expréssa sígna, quómodó Titáni
bicórporés Gigántes magnique Atlantes
Runcús atqué Purpúreus, fílií Térras,

ea parum recte libro I carminis adscripta ortumque numerum ex littera initiali verborum Naevii nuper ostendi Philologi XLII pg. 408 sq. Corruptus autem est exitus versus secundi, cum a vetustissimis Romanis Atlas dictus sit inverso vocabulo Graeco Telamo; quo nomine quin etiamtum Naevius usus sit vix potest dubitari. Et pluribus quidem possunt commode assignari illa locis:

veluti non abhorret a probabilitate fuisse posita in descriptione navis magnificae, quae cum olim fuisset Pyrrhi regis, dein ducis Poenorum Hannibalis, ad Mylas capta est a Romanis.

Non potest demonstrari, ut supra dictum, auctore Naevio in Africam et quidem ad Dido reginam delatum Aeneam. Neque magis constat, qualem idem poeta rerum statum fuisse prodiderit in Latio, quo tempore eo venere Troiani. Sed cum Ennius, qui in antiquissimis rebus, ut memoravi, plurimum sequitur Naevium, testetur Iliam (quam alii Ream Silviam vocant), parentem Romuli et Remi, ab alia matre genitam atque sororem eius maiorem, ipsumque Amulii nomen sit latinum, satis est probabile secundum utrumque poetam venisse Aeneam in Latium Alba iam stante et ducta regis filia successisse in regnum.

Quae praeterea restant servata e libro primo ad Romulum fere et Remum referri possunt commode. Nam Remi mentio etiam si nulla superest in fragmentis carminis de bello Punico, tamen quin olim extiterit apud eum, sicut apud Ennium, convenienter fabulae vulgatae, non videtur posse dubitari. Iam cum ille Romulum dicat Aeneae ex filia nepotem, apparet, ut supra memoravi, regibus Albae Longae, quibus per quattuor saecula deducerentur res ab Aenea usque ad Amulium, non magis apud eum fuisse locum quam Numitori, quem Livius aliique tradunt ab Amulio deiectum. Sed cum proditum sit ab Ennio Romulum et Remum Amulii iussu expositos in ripa Tiberis eorumque matrem in fluvium praecipitatam, hanc solam poeta uterque, ut puto, declaravit causam saevitiae, qua usus est Amulius in sororem eiusque filios, quod Vestalis pudicitiae legem sacratissimam violasset, nec ei fides esset habita de concepto ex Marte deo partu.

Deinde cum Romulus et Remus deorum auxilio servati et apud pastores educati pervenissent casu aliquo in potestatem Amulii regis, videntur ab eo fortunae ludibrio quodam vel signis divinitus missis esse agniti, et propter plurima virtutis documenta, quae edidissent, habiti haud dubia progenies Martis. Atque probabile est a patruo, ut expiaret iniuriam, qua olim et geminos affecerat et matrem, datam eis facultatem novae urbis condendae. — Itaque huc pertinere existimo fragmentum, quod apud Nonium pg. 116, 30 s. v. gratulari invenitur:

manúsque súsum ad caélum sústulít suás rex
Amúliús divísque grátulábátur.

Deinceps in primo libro Romuli et reliquorum regum res tractatae sunt, et quidem, ut puto, plerumque convenienter famae communi. Nam si multum ab ea recessisset, vix est credibile evenire potuisse, ut nulla usquam huius rei mentio fieret in scholiis Vergilianis.

Deinde libro secundo videntur, ut supra est expositum, enarratae esse res liberae reipublicae. Neque tamen exstant fragmenta, quae certo possint adscribi illi, nisi haec (ap. Priscian. pg. 697; Macrob. sat. VI, 5, 8), quae quidem sic videntur esse scribenda:

⏑ – ⏑ príma incédit Céreris puér Prosérpna,
deindé polléns sagíttis ínclutús arquítenens
sanctús Delphís prognátus Pýthiús Apóllo.

In his versus primus cum sequentibus iunctus invento Merulae, quem ut Ennii ita Naevii fragmentis explicandis disponendisque operam perutilem adhibuisse notum est. De eo quod est 'Proserpna' conferenda quae dixit Ritschelius opusc. philol. IV, 486; 506 sq.; 529 sq. — Quo pertineant illa, etsi non satis certum est, tamen haud absurde poterit statui describi eis auxilium a dis deabusque arci Capitolinae, cum a Gallis oppugnaretur, latum.

Tertii autem libri initio a Naevio urbis Carthaginiensis incrementa et progressus descriptos inde licet coniectari, quod etiam ab Ennio de isdem in principio libri VII expositum esse scimus. Quae res olim ignota nunc est patefacta versiculo huius poetae, qui multo post editionem Vahleni in lucem est protractus. Nam in codice historiarum Orosii bibliothecae Sangallensis quodam (numerum habet 621) ad verba, quae sunt (IV, 6 pg. 221 ed. Zangemeist.): 'Carthaginienses — Hamilcarem quendam cognomento Rhodanum, virum facundia sollertiaque praecipuum, ad perscrutandos Alexandri actus direxerunt', haec sunt adnotata ab Ekkeharto, qui priore parte saeculi undecimi floruit, 'Ennius: quantum consiliis quantumque potesset is armis'. Ita enim haec videntur esse scribenda. Et nemo quidem haec dixerit sumpta ab Ekkeharto ex ipsius Ennii exemplari; sed et hoc fragmentum et duo alia Enniana, quae in eodem libro inveniuntur, tracta sunt haud dubie ex Ciceronis de republica libris, quos circa id tempus

in Gallia Germaniaque etiam extitisse satis constat. Ibi quae de speculatore a Poenis ad Alexandrum Magnum misso traduntur, sicut apud Livium, quem sequitur Orosius, fuere in prooemio belli Punici primi, etiam ab Ennio eodem loco prolata omnes habet numeros probabilitatis. Naevius autem multo etiam minus quam Ennius potuit supersedere Carthaginiensium rebus antiquioribus adumbrandis in carmine, cuius argumentum esset bellum Punicum primum. — Illud tamen non satis est certum, utrum in libro tertio, an in primo Didus et Annae sororis ab illo iniecta fuerit mentio; de qua cf. Serv. in aen. IV, 9. Nam hac de re tum demum posset iudicari, si exploratum esset prorsus, utrum Naevius aeque atque Ennius eodem anno Carthaginem et Romam conditas retulisset necne.

Deinde in eodem volumine semina et initia belli Punici primi erant enarrata. Ad quod recte rettulerunt docti verba ap. Charis. pg. 103 servata

Marcus Valerius consul partem exerciti
in expeditionem ducit.

Factum est hoc a. 263.

Praeterea quae apud Nonium leguntur pg. 211, 3 s. v. 'loca': 'convenit regnum simul atque locos ut haberet' (ita Merula, 'haberent' codd.), cum aperte pertineant ad foedus a Romanis eodem anno cum Hierone Syracusanorum rege initum, mutatione lenissima scripturae antiquae tertio potius quam sexto libro, cui in codicibus sunt adscripta, tribuenda apparet.

At fefellit opinio Klussmannum, cum existimaret versus a Festo 317 s. v. 'stuprum' traditos pertinere ad nobilissimum illud facinus, quo a. 264 Calpurnius Flamma (sive ei Caedicio vel Laberio fuit nomen), tribunus militum, legiones Romanas expedivit ex insidiis. Qui cum sint tales:

seséque eí períre mávolúnt ibídem
quam cúm stupró redíre ád suós populáres,

et porro:

sin íllos déseránt, fortíssimós virórum,
magnúm stuprúm pópulo fíeri pér géntes,

prius fragmentum in qualibet pugna describenda potuit habere locum, alterum melius referetur ad auxilium quod victo Regulo

reliquiis exercitus quae Clupeam concesserant ferendum censuit senatus. Quae si recte habet opinio, quarto haec libro addenda.

Nam in hoc Reguli res tractatas apparet ex eis, quae a Nonio pg. 90, 27 s. v. 'concinnare' sunt servata:

transít Melitám Románus, ínsulam íntegram, óram
urít populátur vástat, rem hóstiúm concínnat.

Ad quae explicanda pertinent, quae apud Orosium IV, 8, 5 leguntur: 'Atilius consul Liparam Melitamque insulas Siciliae nobiles pervagatus evertit'.

Quinto autem libro qui certo possit adscribi, nullus est servatus versus.

Etenim quae Vahlenus huc refert verba a Varrone de lingua latina V, 153 memorata: 'dictator ubi currum insidit pervehitur usque ad oppidum', ad Claudium Gliciam ratus pertinere, qui a Publio Claudio a. 249 per ludibrium dictator est creatus et statim abdicare se magistratu coactus, ea neque saturnii esse metri et comoediis potius Naevii adscribenda olim intellectum est.

Sexto libro annum belli septimum decimum descriptum, qui fuit a. Ch. 248, demonstrat fragmentum a Nonio pg. 325, 5 s. v. 'ilico' servatum:

iam séptumúm decumum ánnum ílicó sedéntes.

Denique ex septimo libro unum servatum fragmentum addito numero ap. Non. pg. 474, 16 s. v. 'paciscunt'; quo de pace a. 241 post victoriam ad Aegates insulas partam cum Poenis facta agi manifestum est.

Haec potissimum sunt, quae a Naevio in libris de bello Punico relata constet indiciis vel certis vel veri similibus. Quae apparet quam sint exigua et tenuia, si cum ingenti rerum copia, quibus bellum illud est nobilitatum, compararis. Neque magis constat, quanam disponendi res ratione et consilio usus sit poeta. Neque id mirum, cum et pauca admodum servata sint fragmenta carminis et omisso plerumque vel corrupto libri numero.

Sed si respexeris, quae supra de verbosa fabularum antiquissimarum enarratione in primo libro posita memoravi, vix poterit dubitari, quin in digerenda adornandaque materia parum feliciter versatus sit Naevius et aliquanto minore cum arte, quam Ennius, de cuius annalibus propter numerum fragmentorum quae extant aliquanto melius potest iudicari quam de illius opere.

Praeterea multis comprobatur exemplis Naevii carmen praeter locos quosdam compositum fuisse genere orationis aspero satis et inculto, Ennii, si nonnulla exceperis, quae aetatis potius, qua fuit, quam ipsius vitio sint tribuenda, floruisse elegantia et nitore et exemplo fuisse poetis insequentium temporum omnibus.

CAPVT II.

De versu Saturnio.

Iam de versu Saturnio sum acturus, sed paucis, cum sit in animo mox de eo iustum edere volumen apud Teubnerum, bibliopolam Lipsiensem.

Et illam quidem silentio praetereundam hoc loco existimo opinionem quorundam, qui statuunt metrum hoc non, ut Livii Plautique et Ennii versus, ad quantitatum leges esse exigendum, sed rhythmica quadam modulatione temperatum, qualis invenitur in multis carminibus latinis a saeculo inde p. Ch. tertio, orta scilicet eo tempore, quo sermo latinus deficiente Romani generis propagine et adscitis in societatem illius tot gentibus barbaris magis magisque inversus est et corruptus, donec in eam mutatus est formam, quam nunc videmus in linguis Romanicis.

Ab hac sententia, quam olim plures sunt amplexi, nuperrime tutatus est Kellerus libello Lipsiae paucis ante menses edito, cur omnino sim alienus, expositum est v. E. pgg. 219—223. Neque opus est diutius in ea immorari, quoniam perpaucos nunc eam tueri est certum.

Ceterum cum constet etiam eos, qui recto usi iudicio saturnium isdem legibus metri teneri existimant, quibus versus latini a Graecis assumpti adstringuntur, diversa satis et repugnantia inter se statuere de illo, ne horum quidem in animo mihi est longius hic persequi placita, quae qui cognoscere voluerit, habet plene enumerata in libro L. Haveti accuratissime scripto 'de saturnio Latinorum versu' (Lutetiae Parisiorum, 1880).

Itaque satis habeo nunc dicere, quales ad leges numeri revocandae esse reliquiae belli Punici Naeviani videantur mihi.

Ac primo quidem loco Caesii Bassi, qui Neroni Caesari fuit aequalis, (huic enim recte tribuit Henricus Keilius fragmentum de metris [gramm. lat. VI, 255 sqq.], quod prius perperam adscribebatur Atilio Fortunatiano) de saturnio numero referam opinionem. — Eius verba sunt haec (pgg. 265 sqq.):

'De saturnio versu dicendum est, quem nostri existimaverunt proprium esse Italicae regionis, sed falluntur; a Graecis enim varie et multis modis tractatus est, non solum a comicis, sed etiam a tragicis, nostri autem antiqui, ut vere dicam quod apparet, usi sunt eo non observata lege nec uno genere custodito, ut inter se consentiant versus, sed praeterquam quod durissimos fecerunt, etiam alios breviores, alios longiores inseruerunt, ut vix invenerim apud Naevium, quos pro exemplo ponerem. Apud Euripidem et Callimachum et quosdam antiquae comoediae scriptores tale inveni genus:

turdis edacibus dolos comparas amice;

et apud Archilochum tale:

quem non rationis egentem vicit Archimedes,

et tertium genus:

consulto producit eum, quo sit impudentior.

Apud nostros autem in tabulis antiquis, quas triumphaturi duces in Capitolio figebant victoriaeque suae titulum saturniis versibus prosequebantur, talia repperi exempla: ex Regilli tabula:

duello magno dirimendo regibus subigendis;

qui est subsimilis ei quem paulo ante posui:

consulto producit eum, quo sit impudentior;

in Acilii Glabrionis tabula:

fundit fugat prosternit maximas legiones.

Apud Naevium poetam hos repperi idoneos:

ferunt pulchros crateras, aureas lepistas

et alio loco:

novem Iovis concordes filiae sorores.

Sed ex omnibus istis, qui sunt asperrimi et ad demonstrandum minime accommodati, optimus est quem Metelli proposuerunt de Naevio, aliquotiens ab eo versu lacessiti:

malum dabunt Metelli Naevio poetae.

Hic enim saturnius constat ex hipponactei quadrati iambici posteriore commate et phallico metro'.

In his quae de saturnio numero etiam a Graecis usurpato dicuntur atque alia quaedam subabsurda quin ipsius existimentur esse Caesii non intercedo. Sed exempla ab eo proposita ex Naevio

et inscriptionibus antiquissimis pariter cum legibus metri quae in extrema disputatione sunt proposita ad Varronem auctorem omnino videntur esse referenda. Certe hic in satura, quae inscribitur 'Sexagessis', ubi temporis antiqui laudantur mores, habet saturnios ad hanc normam exactos:

tunc nuptiae videbant ostream Lucrinam;
ubi tum comitia habebant, ibi nunc fit mercatus;
aut avidus
iudex reum ducebat esse *κοινὸν Ἑρμῆν*.

Nec tamen Varronem crediderim doctrinae huius, quam omnes post Caesium secuti sunt grammatici latini, parentem. Sed videtur ea ad L. Accium esse referenda, quem carminibus saturnio metro compositis exornasse templa ac monumenta a Bruto amico exstructa intellegitur ex eis, quae a scholiasta Bobiensi ad Cic. pro Arch. 11, 27 sunt adscripta.

Accius enim cum et grammaticae esset studiosissimus (in qua quidem poetas latinos antiquissimos tantum non omnes haud mediocriter versatos esse notum) simulque in carminibus pangendis artis cultusque cupidissimus, abhorruit haud dubie ab asperitate illa numerorum, quam in Livii Odyssea et Naevii bello Punico saepe videmus atque omnia ad certas revocavit leges. De quibus nescio an praeceperit in Didascalicon libris sive Pragmaticon, quibus poeticae latinae ab eo est tractata historia. Caesii autem Bassi placita, ut memoravi, insequentium temporum metrici usquequaque sunt secuti.

A saeculo inde XVI homines docti cum intellegerent doctrinam ab antiquis grammaticis prolatam non sufficere ad constituendos numeros versuum saturniorum, qui aetatem tulerunt, alius aliam viam sunt ingressi, qua antiquissimum et diu unicum gentis latinae metrum explicarent. Cuius rei initium cum capere solerent a Livii Naeviique carminum fragmentis, quae et graviter corrupta et, ut proximo capite demonstrabitur, foedum in modum sunt interpolata, non potuit fieri, quin multis difficultatibus erroribusque conflictarentur. Itaque novam viam iniit Friedericus Ritschelius, qui ex inscriptionibus potissimum, non ex librorum reliquiis leges saturnii metri repetendas esse existimavit. Neque potest negari haec monimenta in re de qua agitur tractanda momenti esse permagni, cum corruptelis interpolationibusque, si levissima quaedam

exceperis, haud dubie vacent. Sed tamen opinio Ritschelii, quam cupide amplexati sunt quidam eius discipuli ac sectatores, non ab omni parte est probanda. Quis enim ignorat vel cultissimis temporibus antiquitatis inscriptiones exstitisse plerasque Graecas pariter et Latinas numeris adstrictas pessimis, in quibus pedum legis cura appareret perexigua? Eo autem magis probabile est quinto sextoque a. u. c. saeculo multo minus eruditis etiamtum ingeniis Romanorum saepe versus saturnios falsos et a norma legitima alienos per inscriptiones traditos. Itaque sicut erit imprudentis hominis hexametri pentametrive dactylici leges non ex Horatii, Vergilii, Ovidii scriptis deducere, sed ex versiculis aeri vel lapidi incisis, quos tulit aetas, perinde esset ineptum et alienum ab arte saturnii numeri doctrinam ex inscriptionibus repetere potius quam ex Livii Naeviique, hominum eruditissimorum, ut illa aetate, carminibus, nisi haec multis et aliquando turpissimis mendis essent inquinata. Quae cum ita sint, sic statuo: faciendas quidem plurimi inscriptiones in metro saturnio constituendo, sed ita ut etiam Odysseae latinae librique de bello Punico habeatur ratio cum cura maxima, exceptis eis versibus, in quibus appareant corruptelarum interpolationumque vestigia manifesta. Praeterea non existimo nimis urguendum instandumque, si in inscriptionibus unum alterumve inveniatur exemplum, quod a legibus saturnii metri alioqui certis et compertis videatur abhorrere. Nam possunt talia tribui incuriae ignorantiaeque auctorum, plane ut in aliis inscriptionibus inveniuntur hexametri quinque vel septem pedibus constantes vel in quibus pro dactylo positus sit creticus vel pro spondeo trochaeus. Quae cum ita sint, valde est dolendum, quod Buechelerus, Havetus, alii in hac re tractanda nimis quantum curarunt inscriptiones, interdum etiam tales, quas ab indoctissimis hominibus profectas esse appareret, vel quas ne demonstrari quidem posset versibus contineri. Neque minus est inprobandum, quod quaedam gravissime interpolata, et quae antiqui coloris nullum iam habeant vestigium, in numeros redegere saturnios, velut illa, quae apud Festum pg. 93; Macrobium Saturn. V, 20, 17; Servium Danielis in georgic. I, 101 feruntur: 'hiberno pulvere, verno luto, grandia farra, Camille, metes'. In quibus ultima quattuor verba dactylicum efficiunt tetrametrum catalecticum, priora quattuor in nullius versus formam possunt redigi.

Neque magis potest laudari quod inscriptiones vel oracula a Livio historico vel aliis scriptoribus imperatorum temporis servata et quae apud Gellium ex Catonis Censorii carmine de moribus traduntur Hermannus, Ritschelius, alii restituere sunt conati in formam priscam, cum appareat illa liberrime interpolata, ut intellegi possent a lectoribus orationis vetustissimae latinae pariter atque metricae ignaris, Gellium autem usum esse non ipsius Catonis libro, quem saturnio metro fuisse compositum probabile est, sed paraphrasi quadam pedestri, qua quidem non magis servatus est fucus antiquitatis, quam Ennii Euhemero carmine in sermonem pedestrem converso, quo usus est Lactantius.

Vt de Livio pauca addam, notum est historicos veteres ea cura fuisse servandae dicendi concinnitatis et aequalitatis, ut ne orationes quidem vel epistulas eorum, quorum res describerentur, libris suis insererent, nisi brevissimas et quidem rarissime. Quo magis pro comperto est habendum, cultissimae scriptorem aetatis, qui ipse XXVII, 37 Livii Andronici carmen quoddam dicit huius forsitan tempestate laudabile fuisse rudibus ingeniis, sed iam abhorrens et inconditum si referatur, inscriptiones et oracula quae subinde memorat retulisse inversa liberrime. Id cum aliis comprobatur exemplis, tum vel maxime commonstratur relata XL, 52, 4 tabula, quam in aede Larium permarinorum fixit M. Aemilius Lepidus. Ibi cum scripta sint haec: 'supra valvas templi tabula cum titulo hoc fixa est: duello magno dirimendo' e. q. s. et post relatam inscriptionem addantur talia: 'eodem exemplo tabula in aede Iovis in Capitolio supra valvas fixa est', facile possit homini imperito in mentem venire, a Livio titulum illum cum fide transcriptum ex ipsa tabula. At enim neque tabulam ab eo inspectam et inscriptionem ex alio historico petitam multisque modis immutatam ab ipso docent verba, si initium exceperis, ab antiquitatis colore perinde atque a numero saturnio aliena.

Et facile quidem intellegitur, cum saturnius versus multum habeat libertatis atque a doctis haud paucis ei aliquanto plus tributum sit licentiae quam ullo tempore habuit, haud difficulter quaelibet prosae monumenta in hunc conformari posse numerum. Sed quae Hermannus in elementis doctrinae metricae, pgg. 614 sqq.; Ritschelius opusc. phil. IV, 299 sqq. protulerunt carmina saturnia ex Livio Gellioque aliisque auctoribus proprio ingenio

reficta, vel ideo ab antiqua forma et vera multum abhorrere sunt putanda, quod abundant cuiusvis generis elisionibus, quarum usum in poesi antiquissima latina, quae altiores sumeret spiritus non ita fuisse frequentem, sed rariorem aliquanto quam apud scaenicos a me est demonstratum v. E. pgg. 229—233.

His expositis superest, ut ostendam, qualem ego ad normam exigendas putarim Naeviani carminis, quod nunc typis imprimitur, reliquias.

Sed singula antequam persequar, haud inutile erit praemonuisse, Naevium, cum non primus inter eos, qui Graecos secuti novas patefecerunt vias poesi latinae, sed post Livium Andronicum saturnia carmina composuerit, maiore in legibus metri huius servandis usum esse diligentia quam hunc omnes implere numeros probabilitatis.

Cum igitur priores grammatici in saturnii numeri reliquiis multa temptassent, sed pauca bene gessissent ne Hermanno quidem excepto, qui de eo exposuit elem. doct. metr. pgg. 606 sqq., primus rectiorem viam iniit Odofredus Mueller, qui in commentis ad Festum pg. 396 dixit formam eius ab antiquis traditam plane iustam esse hanc:

⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ – ⏑

ita tamen ut omnes theses possent supprimi praeter ultimam. Deinde Ritschelius ab eadem licentia iure exemit primam thesin et quartam. Mihi vero ita videtur esse statuendum, ut existimemus a diligentissimo quoque numeri saturnii auctore in singulis versibus plerumque semel, raro admodum bis thesin omissam, et quidem potissimum in loco sexto, rarius in tertio, in reliquis vix umquam.

Arsis autem, ut in scaenica poesi antiquissima, praeterquam ubi nulla sequitur thesis, ita in saturnio versu ubique potest solvi, etiam in loco ultimo, veluti in hisce:

deindé polléns sagíttis ínclutús arquítenens;
pleríque omnés subigúntur súb vanúm iudícium.

Neque tamen id frequentur videtur admissum.

Porro pro iambo vel trochaeo ubique locus est spondeo. Sed trochaeo ei, qui sequitur caesuram, ut primus intellexit Theodorus Korschius, raro succedit pes ille, nc scilicet statim initium secundi hemistichii, aperte trochaici, alieno numero obscu-

retur. Id maxime admissum, ut videtur, si sexta thesis sit suppressa, velut in his:

eorúm sectám sequúntur múlti mórtáles;
magnám domúm decorémque dítem véxárant;

vel in his ubi etiam quarta arsis est soluta:

flentés ambás abeúntes lácrimis cúm múltis;
magnúm stuprúm populói fíeri pér géntis.

Nec enim placet huius versus partem ultimam scandere, ut Vahleno libuit:

fíerí per géntis.

Satis quippe constat tam frequenter paenultimam thesin omissam, ut ea licentia a poetis petita potius esse videatur quam vitata. — Nec vero ei, qui consideraverit penitus infixum fuisse et insitum poetis latinis aequalitatis studium in legibus metri constituendis, poterit esse mirum, quod tum potissimum pro trochaeo post caesuram posito admiserunt spondeum, si proximus pes suppressa thesi aliquid subiret damni. Etiam secundus alterius hemistichii pes saepius trochaeum habet quam spondeum.

Porro sicut in iambicis trochaicisque scaenicorum vetustissimorum metris, etiam in saturnio soluta thesi spondei pro iambo vel trochaeo positi potest succedere anapaestus vel dactylus praeter ultimum locum, ita tamen ut duae breves huius pedis numquam debeant efficere finem verbi plus quam disyllabi aut eae dispescantur duobus verbis. Alioquin haec licentia in omnibus pedibus adhibetur, etiam in paenultimo, ut haec docent exempla:

quam cúm stupró redíre ád suós populáris;
supérbitér contémptim cónterít legiónes.

Vix tamen credo duos apud Naevium anapaestos continuatos. Nam in versu, qui apud Paulum Festi compilatorem pg. 271 legitur:

simúl aliús aliúnde rúmitánt intér se

facile poterit reponi: 'alis' pro 'alii'.

Proceleusmaticum adhibitum non invenio, neque umquam eum admissum credo a Naevio, nisi forte in initio versus, cui semper maior concessa est licentia, pro iambo primo.

Caesura adest versibus longe plurimis, et quidem una, post quartam thesin. Sed in nonnullis est omissa, veluti in hoc versu:

Voltúrnalém, Palátuálem, Fúrrinálem;

item minore cum venia sic:

sin illos deserant fortissimos virorum.

Nec vero id mirum, cum vel Ennius, poeta longe cultior Naevio, interdum admittat hexametros caesura carentes.

Contra quod in epitaphio fertur Naevii:

obliti sunt Romae loquier lingua latina,

in quo etiam displicet valde spondiacum vocabulum tertii et anapaesticum quarti loco positum iambi, nos secuti Christium lenissima correctura refinximus. — Neque minus suspectum metrum illud:

deum regum fratrem Neptunum regnatorem;

ubi potest reponi

deum regum Neptunum fratrem regnatorem.

Saturnium metrum cum non magis quam versus scaenicorum latinorum compositum sit cum observantia accentus grammatici, sed totum temperetur legibus quantitatum, eadem tenetur norma, qua reliqui versus latini. Itaque in fine raro admodum est monosyllabum praecedente plus quam monosyllabo. In versu autem supra memorato:

simúl alís aliúnde rúmitánt intér se,

'inter se' unius instar esse vocabuli notum est (cf. de r. m. pg. 371). Fragmentum autem, quod apud Varronem de lingua latina VII, 23 s. v. ratis legitur, adeo foede est corruptum, ut certo numeri eius constitui non possint.

Perinde improbatur monosyllabum in quarta thesi, ubi est caesurae arsis in fine vocabuli plurium syllabarum.

Contra satis saepe fit ut pro secundo iambo ponatur exitus verbi spondiacus, veluti in exemplis hisce:

immórtalés mortáles flére sí forét fas;
Voltúrnalém, Palátuálem, Fúrrinálem;
flerént divaé Casménae Naéviúm poétam:
eorúm sectám secúntur múlti mórtáles;
noctú Troiád exíbant cápitibús opértis.

Haec licentia in trimetro iambico, cuius quidem usitatissima caesura est post alterum trochaeum, non ut in saturnio post tertium, invenitur rarissime.

Contra non existimavi tolerandum, ut tertius iambus efficeretur fine verbi spondeo conclusi; cf. not. ad N. 14, 15.

Elisionum usum in plerisque inscriptionibus saturnio metro compositis aliquanto minus esse frequentem quam in Plauti Terentiique poematis iam supra memoravi. At in Naevii carmine, ut solet fieri in longioribus adeoque epicis, fuit haud rarus. Tamen tenendum etiam in hoc aliquanto inveniri pauciores, quam vulgo credunt decepti vel codicum corruptelis vel coniecturis doctorum, et vitari fere asperitatem elidendi. Cuius rei causa eadem fuit, quae synizeseon paucitatis; de qua mox dicturus sum.

Hiatus haud dubie est permissus in exitu prioris hemistichii post caesuram. Ex quo apparet metrum saturnium ab antiquissimis iam auctoribus eius adhibitum cum eadem licentia, qua versus asynarteti utuntur in media compositionis parte. Habes hiatum statim in primo Livii versu:

virúm mihí Caména ínsecé versútum;

item apud Naevium:

eí venít in méntem hóminum fórtúnas;
ibí forás cum aúro ílico éxíbant;
patrém suúm suprémum óptumum ádpéllat;
quam cúm stupró redíre ád suós populáres;
censét eó ventúrum óbviám Poénum;
apúd empórium in cámpo hóstiúm pro moéne.

In his etsi ea sunt parum certa, ubi 'auro' et 'campo' posita sunt cum hiatu, quippe in quibus antiquitus potuerit esse scriptum 'aurod' et 'campod', tamen de reliquis dubitari non potest. Alia vero hiatus exempla non putavi in carmine Naeviano toleranda, cum vel aperte sint vitiosa vel opera facillima possint removeri. Quis enim, nisi Vahlenus, probabit metrum tale:

partém exérciti in éxpedítiónem dúcit?

Porro quod legitur apud Probum in Vergilii ecloga VI, 31 (pg. 14 ed. Keilianae):

postquam aves aspexit in templo Anchisa,

pro 'postquam' potest restitui 'postquamde'. 'Quamde' enim pro 'quam' non modo Ennium in annalibus, sed multos veteres dixisse testatur Festus pg. 261.

Synizesis duriora exempla non inveni, excepto quod 'eorum' disyllabum et monosyllabum 'eius' habes in versibus hisce:

eorúm sectám sequúntur múlti mórtáles;
iamque éius mentém quiétem fécerát fortúna.

Ita 'puer' monosyllabum restituendum existimo in verbis iam alio loco allatis, quae servata sunt a Prisciano pg. 697:

príma incédit Céreris puér Prosérpna;

ubi plerique codices habent scriptum 'Proserpina puer', Lugdunensis 'puer Proserpina'. — Sane etiam ex dactylicis Lucretius *purum* pro *puero* dixit et Ausonius pro *pueritie puritiem*.

Contra quae leguntur apud Priscianum pg. 770:

senex fretus pietate deum adlocutus summi
deum regis fratrem Neptunum regnatorem
marum

in his prius 'deum' falso ferri facile apparet, sive id expungendum est, seu mutandum in 'tum' vel alio modo.

Iam etsi propter reliquiarum paucitatem difficile potest diiudicari, quantum sibi in synizesi adhibenda permiserint Livius et Naevius, tamen satis est probabile eos in carminibus, quae non ad scaenam pertinerent (ubi pronuntiandi dexteritate ab actoribus asperiores vocalium in unam syllabam coeuntium concursus poterant mitigari), sed legentibus essent destinata, aliquanto rarius cautiusque quam in fabulis admisisse licentiam illam.

Quod ad positionis leges attinet, constat in saturnia Romanorum poesi non magis quam in scaenica usque ad Ciceronis tempora productam esse brevem vocalem insequentibus muta et liquida, si utraque ad syllabam posteriorem pertineret, praeter 'gn' et 'gm'.

Praeterea cum sit notum a Plauto etiam in aliis exemplis multis positionis leges neglectas, si vocalis natura esset brevis, huius licentiae apud Naevium certa exempla non extant. Apud quem eam omnino angustioribus aliquanto finibus circumscriptam fuisse existimo et quidem propter eandem causam quam synizesin, quod legentibus, non audientibus carmen de bello Punico erat destinatum.

Denique cum a multis sit observatum produci saepe in saturnio metro finales, quae apud poetas Caesari vel Augusto aequales semper essent breves, pars quidem exemplorum illorum ita poterit explicari, ut dicamus tertio a. Ch. saeculo syllabas illas etiamtum fuisse longas, id quod maxime pertinet ad verborum finales 'at', 'et', 'it', si secunda persona vocalem habet longam, et ad substan-

tiva in 'or,' 'oris' exeuntia. — Itaque nihil est licentiae metricae in versibus hisce:

censét eó ventúrum óbviám Poénum;
eí venít in méntem hóminum fórtúnas;
praetór advénit, prósperum aúspicát auspícium.

Sed enim minime licet omnia productarum finalium exempla, quae in saturniis versibus inveniuntur, tali modo explicari. Cf. Havet. de versu Saturnio pgg. 45 sqq.

Nam cum constet Graecos productionem arsis vi effectam, qua in dactylico metro frequentissime sunt usi, ab iambico trochaicoque segregasse, ea lex non cadit in antiquissimum metrum Romanorum. Et quidem hac eos licentia usos esse aio re multum explorata pensitataque, ut in prima secundaque et quinta arsi haud dubie admitterent productionem brevis, sive ea in vocalem exiret sive in consonam. Quae res tam multis confirmatur exemplis, ut de ea dubitari non possit. Afferam quae ex Naevio huc pertinere videantur:

noctú Troiád exíbant cápitibús opértis;
sacra ín mensá Penátium órdiné ponúntur;
Runcús atqué Purpúreus fílií Térras;
deindé polléns sagíttis ínclutús arquítenens;
sanctús Delphís prognátus Pýthiús Apólló;
atróciá porrícerent éxta mínstratóres;
scopás atqué verbénas ságminá sumpsérunt;
summé deúm regnátor, quíanam mé genuísti;
simúl alís aliúnde rúmitánt intér se;
apúd empórium in cámpo hóstiúm pro moéne.

Eandem habes licentiam in primo versu Odysseae Livianae, quem propter id ipsum, quod est primus, corruptum difficile potest credi:

virúm mihí Caména ínsecé versútum.

Neque vero obscurum est cur his tribus locis productionem arsis vi effectam continuerint saturnii metri auctores. Nam prima arsis utitur ea licentia, quae propria est initii versus; secundae et quintae haec venia adest, quod post has potest omitti thesis.

Haec habui, quae de Naevii versibus saturniis mihi viderentur dicenda. At cum plura aliquanto possint memorari de ceteris reliquiis huius metri, quibus cupiditas fuerit accuratius cognoscendi

quid de eo statuamus, eos remittimus ad librum, quem hoc vel proximo anno de eadem re sumus edituri.

Interim poterit fieri, ut nonnullis in legibus huius metri constituendis videamur fuisse severiores. Sed eos velim cogitare Naevium haud dubie fuisse hominem peritissimum linguae litterarumque Graecarum, quem plane sit improbabile rudi prorsus arte crassaque Minerva in saturnii versus numeris tractandis versatum, neque eum primum excoluisse hoc metrum, sed praecessorem habuisse Livium, quem ab eo superari arte par esset, denique Romanos saeculi a. u. c. sexti haudquaquam fuisse ingenio tam bardo et hebeti, quod attinet ad rem musicam, quam nunc Momsenum secuti credunt plerique. De qua re saepius a me est disputatum in vita Ennii, maxime in secundo libro, quo quaeritur, qua doctrina fuerint, quo iudicio Romani Plauto et Ennio aequales. Naevii autem carmen de bello Punico prodisse sub id ipsum tempus, quo Romam venit Ennius, supra memoravimus.

CAPVT III.

De crisi Naevii libro adhibenda.

Carminis de bello Punico fragmenta cum sint pauca admodum numero, graves tamen traxere corruptelas. Quibus tollendis operam haud inutilem adhibuerunt Iosephus Scaliger, Godofredus Hermannus, Odofredus Muellerus.

At Iohannem Vahlenum silentio praeterire melius est, ne atrocius videar instare ei, qui satis graves, opinor, Manibus Lachmanni persolvit poenas emissi Momseno committente libri, cui inscribitur 'C. Lucilii saturarum. Carolus Lachmannus emendavit'. — Quid enim in eo primum exagitem? Confidentiamne humana fide maiorem, qua adulescens ausus est attrectare carmen longe difficillimum et aliquando desperandum criticis aetate, ingenio, arte florentissimis suumque nomen interponere Scaligeri, Hermanni, Muelleri auctoritati? an incuriam omnium paene rerum, sine quibus ne cogitari quidem debebat de Naevii libro edendo? denique rusticitatem auris, qua deceptus is qui diceret hoc praecipue se egisse, ut rectius numeri carminis constituerentur, sustineret ingenuos hexametros dactylicos vel trimetros iambicos

ne unius quidem litterulae mutatione facta venditare pro versibus saturniis? Nam ne iocatum me existimes, habes numeros tales:

convénit, régnum
simul átque locós ut habéret;
Márcu' Valériu' cónsul
partém exérciti in éxpedítiónem dúcit.

Equidem quas metri leges in carmine Naevii restituendo servandas existimarem, priore capite exposui. Ceterum mirum videtur admodum, quod omnes qui superiore tempore tractarunt illud fugit, haud raro quae ex eo afferrentur tam graviter esse interpolata, ut ipsa Naevii manus restitui nullo modo possit. De qua re iam accuratius disputandum.

Constat harum rerum peritis fabulas Livii, Naevii, Plauti iam primo saeculo a. Ch. n., quo primum a grammaticis tractari sunt coeptae, non tales extitisse, quales ab auctoribus sunt profectae, sed graviter interpolatas actorum potissimum licentia, qui cum illis vehementer delectaretur populus Romanus ideoque saepe repeterentur in scaena, plurima ut obsoleta nimis et cultae magis aetatis iudiciis non iam satisfacientia vel quae breviter nimis dicta sive prolixe viderentur pro arbitrio mutarent. Idem haud dubie factum in Ennii, Pacuvii, Caecilii, Terentii fabulis, minore tamen cum audacia, quippe quae aliquanto magis limatae expolitaeque essent, quam antiquiores. Grammaticorum autem, qui a Sullae inde tempore in carminibus illis restituendis sunt versati, opera exiguam admodum harum interpolationum partem sublatam esse probabile est, cum et destituti essent antiquis et genuinam scripturam referentibus libris poetarum neque metricae vetustissimae leges haberent perspectas adeoque interdum sermonis prisci carerent peritia. Quae cum ita essent, plerumque tantum afuit, ut tollerent inveteratas mendas, ut novas adderent. Ex quo apparet, quam sit lubrica saepe quamque aleae plena crisis Plautina et Terentiana.

Odyssea autem Livii et Naevii bellum Punicum etsi minus fuerunt obnoxia interpolatorum libidini, quippe quae non in scaena agerentur, sed legentibus essent destinata, tamen et ipsa haud raro sunt immutata a grammaticis propter imperitiam metri saturnii, quod studerent, quantum posset fieri, versuum dactylicorum ab Ennio primum adhibitorum accommodare modulis. Cuius leges quae feruntur apud veteres metricos, ut secundo capite memoravi,

videntur esse referendae ad M. Terentium Varronem vel L. Accium et ad Caesium Bassum.

Extat caput quoddam Charisii de saturnio metro, nostro primum saeculo repertum, quod quin ex huius libro de metris sit excerptum non potest dubitari (cf. v. E. pg. 23). Ex hoc apparet a Caesio omnes fere antiquiorum poetarum versus, quos ipse scandere non posset, habitos pro saturniis. Quorum in numero et trimetros iambicos dimetrosque anapaesticos et Laevii, qui aequalis fuit Varroni, ionicos a maiori ponit ille.

Iam cum forma ea saturnii versus, quam a grammaticis Latinis vulgo prolatam priore capite memoravi, non ita multis constaret exemplis in Livii Naeviique carminibus, nec pauci in his versus invenirentur tales, qui scandi viderentur vix posse homini Vergilii potissimum Horatiique et Ovidii metricae innutrito, non erit mirum, quod Caesius Bassus interpolando licenter invertendoque antiquitus tradita saepe novos versus est fabricatus. Qua in re quanta cum ignorantia audaciaque sit versatus, apparet vel inde, quod in Livii Andronici tragoedia quadam hexametros dactylicos aliosque ultimo pede imminutos (qui miuri sive verius dicuntur myuri) invenisse sibi visus est. De qua re extat insignis locus Terentiani Mauri (v. 1931 sqq.):

Livius ille vetus Graio cognomine suae
inserit Inoni versus, puto, tale docimen:
praemisso heroo subiungit namque miuron,
hymnum quando chorus festo canit ore Triviae:
'set iam purpureo suras include cothurno,
balteus et revocet volucres in pectore sinus,
pressaque iam gravida crepitent tibi terga pharetra;
dirige odorisequos ad certa cubilia canes'.

Cf. etiam Mar. Victorin. pg. 2511 sq., qui h. l. ut saepius usus est Terentiano. Cuius in verbis eo quod est 'puto' indicari exemplum, quod a Caesio Basso ex Livio Andronico adlatum esset, quia asperius illi videretur et subrusticum, ab ipso refictum et correctum olim intellexere docti.

Caesii igitur vel similium ei saec. a. Chr. n. vel post primi grammaticorum doctrinae egregiae manifestum est deberi, quod a Prisciano aliquot hexametri dactylici citantur ex Odyssea Livii, et quidem hi (pg. 606; 760; 817):

inferus an superus tibi fert deu' funera Ulixes?
at celer hasta volans perrumpit pectora ferro;
cum socios nostros mandisset impiu' Cyclops;

nec non trimeter iambicus (697):

puerarum manibus confectum pulcherrime.

Sane in hexametro tertio, quo constet numerus, finalem in 'mandisset' oportet produci, sicut non modo apud Plautum fieri videmus, sed etiam apud Ennium.

Etiam inter Naevii fragmenta habes heroicum versum talem (ap. Non. 211, 3):

convenit regnum simul atque locos ut haberet.

In isdem hoc invenitur metrum iambicum (ap. Charis. pg. 103):

Marcus Valerius consul partem exerciti
in expeditionem ducit.

Atque hic tanta cum audacia grassati sunt interpolatores, ut ne proprio quidem nomine abstinerent. Nam consuli a. 263 Manio fuit praenomen, non Marco.

Alius senarius, caesura quidem ille carens, invenitur ap. Festum pg. 317 s. v. stuprum:

sin illos deserant fortissimos viros.

Denique ipse testatur Priscianus (pg. 699) in versu tali:

magnám domúm decorémque, dítem véxárant

inesse metrum iambicum. Cuius verba sunt haec: 'invenitur tamen etiam simplex 'decor', 'decoris' paenultima correpta apud vetustissimos, quando pro 'decorus', 'decora', 'decorum' accipitur. Naevius in carmine belli Punici:

magnam domum decoremque, ditem vexerant;

aliter enim iambus stare non potest'.

Itaque apparet a Prisciano Naeviana illa habita pro senario iambico positumque in exitu versus non, quod scripsit poeta: 'vexarant', sed 'vexerant'. Atque id omnes libri ab Hertzio adhibiti testantur nisi quod in Halberstadiensi erasa post 'x' littera repositum est illud 'vexarant'.

Quae cum ita sint, in edendis Naeviani carminis reliquiis hanc sum secutus viam, ut ad eas metri saturnii leges, quas supra mihi dixi probari, revocarem omnia fragmenta quae aut omnino non aut leviuscule ab interpolatoribus affecta esse censerem. At ubicumque apparebat grammaticorum fraude ita inversam corruptamque antiquam metri formam, ut nullum plane adesset fundamentum criticae factitandae, servandam duxi scripturam traditam. Itaque non est quod mirere in editione nostra inveniri et trimetros iambicos et hexametros dactylicos. Certe id melius visum tutiusque quam aut novis interpolationibus ad veteres additis (quae semper fallacissima est et a probabilitate alienissima emendandi via) speciem aliquam restituere numeri saturnii aut talia eius proponere exempla, qualia Vahlenus commentus est, tam aspera hercule tamque inconcinna, ut ne Faunos quidem vatesque talia ullo tempore cecinisse sit probabile. — Scilicet primus ad verum inveniendum gradus est falsa cognoscere; quae ubicumque corrigere non licet, est etiam quaedam virtus nesciendi.

Notae.

C . . . . . Hieronymus Columna.

Me . . . . . Paulus Merula.

M . . . . . Lucianus Mueller.

v. E. . . . . vita Ennii.

I.

ANNALES.

Liber I.

I

Diomed. I, 484 K ex Suetonii de viris inlustribus libro (id. l. in cdd. extat post ea quae sunt 483, 7 'poematos characteres sunt quattuor'): epos latinum primus digne scripsit is, qui res Romanorum decem et octo (*ita ABM l. priore, at hoc* quindecim) conplexus est libris, qui et annales inscribuntur, quod singulorum fere annorum actus contineant, sicut publici annales, quos pontifices scribaeque conficiunt, vel Romais (*ita Reifferscheidius*, Romanis *v*), quod Romanorum res gestas declarant.

II a*

Musae, quae pedibus magnum pulsatis Olympum.

III b

Varro d. r. r. I, 1, 4 et quoniam ut aiunt 'dei facientes adiuvant', prius invocabo eos, nec ut Homerus et Ennius Musas, sed XII deos Consentis.

IV c

nostra Latinos
per populos terrasque poemata clara cluebunt.

V d (*α*)*

Lucret. I, 120 sqq.:
etsi praeterea tamen esse Acherusia templa
Ennius aeternis exponit versibus edens,

II Varro VII 20 Enni — Musae e. q. s. caelum dicunt Graeci Olympum, montem in Macedonia omnes Serv. in aen. XI, 660 pulsant. Ennius: Musae (*ita A*, ad Musas *rell.*) — Ol. IV Probus qui falso dicitur 1401 (a littera) neutro genere in casibus supradictis sine ambiguitate brevis est graecis latinisque nominibus . . . Ennius in primo

1 pedibus *om. A* Olypu *A*, Olipi *R H*, Olimpum *Flor. Varr.* 2 3 nostra Latinos (*vel* nostraque latos) *M* per *add. Ilbergius* terrasque *Ilbergius* clara *add. Ilbergius* cluebunt *I. Dousa cd.* nam latos populos res atque poemata nostra cluebant

quo neque permaneant animae neque corpora nostra,
sed quaedam simulacra modis pallentia miris;
unde sibi exortam semper florentis Homeri
commemorat speciem lacrimas effundere salsas
coepisse et rerum naturam expandere dictis.

In his quin quaedam ex ipsis sint repetita verbis Ennii, velut 'Acherusia templa', 'simulacra modis pallentia miris', 'semper florentis Homeri', 'lacrimas effundere salsas,' non videtur posse dubitari. — illud autem quod est 'Acherusia templa' etiam in tragoediis invenitur.

VI (β)*

Serv. in aen. II, 173 salsus sudor. — Probo sane displicet 'salsus sudor', et supervacue positum videtur. hoc autem Ennius de lacrimis (*ita Spangenberg.*, lamis *CP*).

VII (γ)*

Serv. in aen. VII, 804 florentes aere catervas. Ennius et Lucretius florens (florere *R H*) dicunt omne quod nitidum est.

VIII (δ)*

Serv. in aen. XII, 605 flavos Lavinia crines: antiqua lectio 'floros' habuit, i. e. florulentos, pulchros; et est sermo Ennianus.

IX e*

Cic. somn. Scip. 1 fit enim fere ut cogitationes sermonesque nostri pariant aliquid in somno tale, quale de Homero scribit Ennius; de quo videlicet saepissime vigilans solebat cogitare et loqui.

X f

Porphyr. in ep. II, 1, 50 Ennius in principio annalium suorum somnio se scripsit admonitum, quod, secundum Pythagorae dogma, anima Homeri in suum corpus venisset. — cf. et Acron., qui dicitur, comm. in ep. II, 1, 50.

XI g*

M. Aurel. ad Frontonem (ep. Front. I, 4 pg. 11 Nab.) transeo nunc ad Q. Ennium nostrum, quem tu ais ex somno et somnio initium scribendi (*om. cd.*) sibi fecisse.

XII h*

Persii prol.:
nec fonte labra prolui caballino
nec in bicipiti somniasse Parnaso
memini, ut repente sic poeta prodirem.

Schol. ad v. 2: tangit Ennium qui dicit se vidisse somniando in Parnaso Homerum sibi dicentem quod eius anima in suo esset corpore.

XIII i*

– ◡ ◡ – somno leni placidoque revinctus.

XIV k*

– ◡ ◡ – ◡ ◡ – visus Homerus adesse poeta.

XV l*

o pietas animi!

XVI m*

terraque corpus,
quae dedit, ipsa capit nec dispendi facit hilum.

XVII n*

memini me fiere pavom.

XIII Front. epist. IV, 12 pg. 74 Nab. siquando te somno leni, ut poeta ait, placidoque revinctus video in somniis, numquam est quin amplectar et exosculer — hoc unum ex annalibus sumptum amoris mei argumentum poeticum et sane somniculosum XIV Cic. acad. pr. II, 16, 51 num censes Ennium, cum in hortis cum Servio Galba ambulavisset dixisse: visus sum mihi cum Galba ambulare? at cum somniavit, narravit: visus e. q. s. ad eundem locum respicitur II, 27, 88 XV Cic. ac. pr. II, 27, 88 nisi vero Ennium non putamus ita totum illud audivisse: o p. a. (si modo id somniavit), ut si vigilans audiret Donat. in Ter. eun. III, 5, 12 o festus dies hominis; pro: homo festi diei. sic dicitur etiam scelus homo. Ennius XVI Varro V, 60 caelum et terra omnia ex se genuerunt — recte igitur Pacuvius, quod ait: 'animam aether adiugat' et Ennius terram corpus quae dederit (deperit *Flor.*) ipsam capere neque dispendi facere hilum id. IX, 54 sed in 'nihil' vocabulum recto casu apparet in hoc: quae — hilum; quod valet 'nec dispendi facit quidquam' id. V, 111 hila ab hilo dicta, quod ait Ennius: neque e. q. s. XVII Charis. 75 pavos et pavo. pavos (pa *om.* pavos *cd.*) Ennius Donat. in Ter. Andr. II, 5, 18 memini videre pro vidisse. Ennius id. in Phorm. I, 2, 24 memini relinqui, ut in Andria: memini me videre. et: memini — pavum. Ennius id. in adelph. I, 2, 26 fieret producta prima syllaba. Ennius Tertullian. de an. cap. 33 pavum se meminit Homerus Ennio somniante ibid. cap. 34 perinde in pavo retunderetur Homerus, sicut in Pythagora Euphorbus. cf. eiusd. de resurrectione l. cap. 1, item Acron. in carm. I, 28, 10; Pers. 6, 9 et schol. in h. l.; cuius ineptias compilavit Lactantius

---

6 amice *pro* animi *edd. vet. Donati, non Oxon.* 7 terraque corpus *Bergkius* 8 ipsa *Scioppius*, ira *F* IX, 54 caput *ib. id.; corr. Scal.* neque *ter ap. Varronem, semel* nec 9 meminit me *cd. Char.* fieri *id.*, fiere *Ilbergius* pavum *cd. Char.* *ap. Don. in Andr. Paris. antiquiss.*: me minime quam fieri pavum; *edd. vett.* memini me quem fieri pavidum (*simillime Oxon.*); *in Phorm. Oxon.* memini fieri pavum; *edd. vett.* memini me fieri parvum; *in Adelph. Oxon.*: minime fieri parvum; *edd. vett. pleraeque:* minime nomine fiere pravum (*vel* parvum) *fortasse:* me memini quom fiere pavom

XVIII o*

Serv. in aen. VII, 691 at Messapus equum domitor, Neptunia proles — ab hoc Ennius dicit se originem ducere, unde nunc et cantantes inducit eius socios et eos comparat cycnis. — Sil. It. XII, 393 Ennius, antiqua Messapi ab origine regis.

XIX a

est locus, Hesperiam quam mortales perhibebant.

XX b*

Saturnia terra,
quam prisci casci populi tenuere Latini.

XXI c*

Saturno . . . . . .
quem Caelus genuit.

XXII d*

quos homines quondam Laurentis terra recepit,
cum veter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo.

XXIII e*

Assaraco natus Capys optimus isque pium ex se
Anchisen generat.

XXIV f*

doctu' parens Anchisa, Venus quem pulchra dearum
fata docet fari, divinum ut pectus haberet.

in theb. III, 484 XIX Macrob. VI, 1, 11 (aen. I, 530) est locus, Hesperiam Grai cognomine dicunt. Ennius in I XX Varro V, 42 hunc (Capitolinum) antea montem Saturnium appellatum prodiderunt et ab eo Latium (*ita M*, late *v.*) Saturniam terram, ut etiam Ennius appellat Varro VII, 28 cascum vetus esse significat Ennius, quod ait: quam e. q. s. Cic. tusc. I, 12, 27 priscis illis, quos cascos appellat Ennius haec coniunxit M XXI Non. 197, 9 caelum neutro. masculino — Ennius — idem: Saturno e. q. s. Charis. 55 caelum — etiam masculine veteres dixerunt, ut Ennius: quem e. q. s. XXII Prisc. 762 Laurentis etiam pro Laurens dicebant. Ennius in annalibus (v. 15); l. I adscr. Me Prisc. 607 veterrimus quasi a 'veter' positivo, quod Capri quoque approbat auctoritas et usus antiquissimorum. Ennius (v. 16) ex hoc l. petitum versum affert Aldhelmus de re gram. apud A. Maium auct. class. V, 577 haec iunxit M XXIII Philarg. in georg. III, 35 Assaracus avus Anchisae. Ennius (l. I adscr. C) XXIV schol. Veron. in aen. II, 687 peritum multarum disciplinarum Anchisen fuisse — asserunt Naevius (ssunt Naeu *cd.*) — qui ita de eo ait: doctus e. q. s. Probus in buc. 6, 31 poeta Ennius Anchisen augurii

pariter frumenta sequentur. Ennius in VI XXX Donat. in Ter. Phorm. V, 4, 2 parare animo. venuste additum animo. Ennius (*om. Oxon. lacuna rell.; dein nova m. inc.*) in sexto I Fest. 325 sas — sane (*cd.* sicuti) eiusdem (Ennii) l. VII fatendum est eam significari, cum ait Paul. 324 sam eam. idem Ennius II Cic. Brut. 19, 76 tamen illius quem vatibus et Faunis annumerat Ennius bellum Punicum quasi Myronis opus delectat. sit Ennius sane ut est certe perfectior: qui si illum ut simulat contemneret, non omnia bella persequens primum illud Punicum acerrimum bellum reliquisset. sed ipse dicit cur id faciat: scripsere, inquit, alii rem vorsibus; et luculente quidem scripserunt, etiam si minus quam tu polite: nec vero tibi aliter videri debet, qui a Naevio vel sumpsisti multa. si fateris, vel si negas, surripuisti id. or. 47, 157 nec vero reprehenderim 'scripsere alii rem', 'scripserunt' esse verius sentio id. Brut. 18, 71 quid, nostri veteres versus ubi sunt? quos olim — studiosus erat. 'ante hunc' ait ipse de se, nec mentitur in gloriando id. orat. 51, 171 ergo Ennio licuit vetera contemnenti dicere: versibus — canebant, mihi de antiquis eodem modo non licebit? praesertim cum dicturus non sim 'ante hunc', ut ille nec quae sequuntur 'nos ausi reserare' Varro VII, 36 versibus — canebant. Fauni dei Latinorum — hos versibus quos vocant Saturnios in silvestribus locis traditum est solitos fari futura, a quo fando Faunos dictos. antiquei (antiquos *v*) poetas vates appellabant a versibus viendis Cic. de div. I, 50, 114 eodem modo multa a vaticinantibus saepe praedicta sunt neque solum verbis sed etiam

a nobis suppletae. addit Keilius haec: 'f' *non satis apparet; fortasse enim* 'd' *litt. pars est. nihil notat Arn. Hermannus de Verg. schol. Veronens. II, 18*

223 set et ego — lamenter *Oxon.* 224 sophiam *Scal.*, philosophiam *cdd. Festi et Pauli; apud illum additum glossema:* quae doctrina latina lingua nomen (*add. O. Mueller*) non habet; *om. haec pariter et illa:* sap. q. per. *Paul.* peribetur *cd.* 227 vorsibus *cdd. nonnulli Bruti 19, 76,* versibus *rell.* quo olim *Flor. Varr.* Faunei *Vahlenus*, Fauni et *cdd. Varronis;* faciem *quidam libri Quintil.;* Fauni *v* 228 229 quisquam superarat nec dicti studiosus erat *ed. Victoriana a. 1536,* nec dicti studiosus quisquam erat *cdd.*

III c*

Cic. de leg. II, 27, 68 herois versibus, quos longos appellat Ennius. — Atil. Fortunatian. 2690 (hexametrum heroum) Ennius longum vocat. — Isidor. orig. I, 38 hexametros autem Latinos primum fecisse Ennius traditur eosque longos vocat. — huc rett. Spangenberg.

IV d

nec rem me decet hanc carinantibus edere chartis.

V a*

dis Poeni soliti suos sacrificare puellos.

VI b*

– ◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡ ◡ – tunicata iuventus.

VII c*

quantum consiliis quantumque potesset is armis.

VIII d

dum censent terrere minis, hortantur ibei sos.

IX e**

Appius indixit Karthaginiensibu' bellum.

versibus quos — canebant Quintil. IX, 4, 115, ante enim carmen ortum est, quam observatio carminis. ideoque illud: Fauni vatesque canebant Varronem compilavit auctor libri de orig. gentis Rom. cap. 4: post Picum regnavit in Italia Faunus, quem a fando dictum volunt, quod is solet futura praecinere versibus, quos Saturnios dicimus — eius rei Ennius testis est, cum ait: versibus — canebant l. VII adscr. Spangenberg. IV Serv. in aen. VIII, 361 carinare est obtrectare. Ennius — alibi: neque me e. q. s. l. VII adscr. Spangenberg. V Fest. 249 puelli per deminutivum a pueris dicti sunt. itaque et Ennius ait: Poeni e. q. s. eadem fere Paul. 248 Non. 158, 20 puellos, pueros. Ennius: suos divis sacr. p. l. VII adscr. Me VII Gell. VI, 12 Q. quoque Ennius Carthaginiensium tunicatam iuventutem non videtur sine probro dixisse Non. 536, 31 Ennius probro Carthaginiensium tunicatam iuventutem voluit dicere l. VII adscr. Me VII Oros. IV, 6, 21 Carthaginienses — Hamilcarem quendam cognomento Rhodanum, virum facundia sollertiaque praecipuum ad perscrutandos Alexandri actus direxerunt ad ultima quattuor verba in cd. Sangallensi 621 erasis quae ab alio grammatico erant adscripta Ekkehartus haec notavit 'Ennius: qualis' e. q. s. l. VII adscr. M VIII Fest. 301 sos pro eos antiqui dicebant, ut Ennius l. II — l. III — l. VII IX Cic. de inv. I, 19, 27 historia est gesta res, ab aetatis nostrae memoria remota; quod genus: Appius e. q. s. (Ennii l. VII adscr. Spangenberg)

232 nec rem me *M* (nec me rem *Ilbergius*), neque me *cdd. Serv.* 233 Poeni dis *Hugius*, paeni *cd. Festi* soliti suos *Paul.*, solitis vos *cd. Fest.* *de Nonio supra dictum* 234 tunicata iuventus *Me* 235 quantum *M*, qualis *cd.; quod tamen non satis certo sibi comparuisse testatur Duemmlerus* is *M*, in *cd.* 236 ibei *O. Mueller* (ibi *Lindemann.*), be *cd.*

X f

alter nare cupit, alter pugnare paratust.

XI g

mulserat huc navim convulsam fluctibu' pontus.

XII i*

haec melior navis quam quae stlataria portat!

XIII k

tosamque tenentes
parerent, observarent, portisculu' signum
cum dare coepisset.

XIV l

poste recumbite vestraque pectora pellite tonsis.

XV m

pone premunt, exim referunt ad pectora tonsas.

XVI n

non semper vestra evertit, nunc Iuppiter hac stat.

XVII o

fortibus est fortuna viris data.

XVIII p

explorant Numidae. totam quatit ungula terram.

XIX q

denique vi magna quadrupes eques atque elephanti
proiciunt sese.

X. Fest. 166 nare a nave ductum Cornificius ait, quod aqua feratur natans navis. Ennius l. VII XI Prisc. 870 mulgeo quoque mulsi facit — Ennius in VII annalium XII Valla in Iuv. 7, 134 stlataria. Probus exponit 'illecebrosa'. Ennius: et melior, e. q. s. [id est: multisonalis, quae dicitur vulgo 'batalaria'] huc rett. M XIII Non. 151, 25 portisculus proprie est hortator remigum — Ennius lib. VIII annalium l. VII adscr. Me XIV Fest. 356 tonsam Ennius significat remum, quod quasi tondeatur ferro, cum ait l. VII XV Fest. 356 s. v. tonsam — Ennius l. VII — item Paul. 357 tonsa — Ennius: pone e. q. s. XVI Macrob. VI, 1, 19 (aen. XII, 565) nequa meis dictis esto mora. Iuppiter hac stat. Ennius in VII XVII Macrob. VI, 1, 62 (aen. X, 284) audentes fortuna iuvat. Ennius in septimo XVIII Macrob. VI, 1, 22 (aen. VIII, 596) quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum. Ennius in VI (VII adscr. Cuperus) XIX Gell. XVIII, 5 ind. cap. quod Q. Ennius in septimo annali 'quadrupes eques', ac non 'quadrupes equus', ut legunt multi, scriptum reliquit ib. paragr. 4 sqq. (Ennianistam) cum iam inter ingentes clamores legentem invenissemus (legebat autem librum ex annalibus

238 paratust *v*, parat'.t *cd.* 239 navim *G L K*, navem *rell.* convulsam *M*, conpulsam, conpulsa, compulsam *cdd.* 240 haec *M*, et *v* 241 tonsamque *Carrio*, tusante *cdd.* 245 premunt *M*, petunt v exin *Paul.* 246 nostra *Salisburg.* evertet *Vahlenus* 248 humidae *P.*

XX r*

⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑– Poeni stipendia pendunt.

XXI (*α*)*

⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑– postquam discordia taetra
Belli ferratos postes portasque refregit.

XXII (*β. α*)*

⏑⏑⏑– tergus igitur sagu' pinguis opertat.

XXIII (*β*)*

sagu' caerulus.

XXIV

qua Galli furtim noctu summa arcis adorti
moenia concubia, vigilesque repente cruentant.

Ennii septimum), hos eum (primum *add. cd.*) versus perperam pronuntiantem audivimus: 'denique v. m. q. ecus (ecus *Magliabecch.*, *Reg.*, eques *Voss.*, equus *rell.*) a. e. p. s.'; neque multis postea versibus additis celebrantibus eum omnibus discessit. tum Iulianus 'quid vobis de hoc anagnosta et de quadrupede equo videtur? sic enim profecto legit: 'd. v. m. q. ecus (ecus *Reg. m. 1*, equs *suprascr.* u *Voss.*, equus *rell.*) a. e. p. s.' ecquid putatis, si magistrum praelectoremque habuisset alicuius aeris, 'quadrupes equus' dicturum fuisse, ac non 'quadrupes eques', quod ab Ennio ita scriptum esse nemo litterarum veterum diligens dubitavit. cumque aliquot eorum qui aderant, 'quadrupes equus' apud suum quisque grammaticum legisse se dicerent et mirarentur, quidnam esset 'quadrupes eques', vellem vos, inquit, tam accurate Q. Ennium legisse quam P. Vergilius legerat — sed enim contentus ego his non fui, et ut non turbidae fidei nec ambiguae esset, 'ecusne' an 'eques' scriptum Ennius reliquisset, librum summae vetustatis, quem fere constabat Lampadionis manu emendatum, studio pretioque multo unius versus inspiciendi gratia conduxi, et 'eques', non 'equus' scriptum in eo inveni Non. 106, 31 equitem pro equo. Verg. georg. lib. III — Ennius annali lib. VII quadrupes eques, ac non quadrupes equus. *ita hic locus restituendus. in cdd. est*: lib. VII an non quadrupedes equites. nam apparet a Nonio exscriptum indicem capitis supra appositum etiam Gellio usus Macrob. VI, 9, 10 Ennius libro annalium septimo ait: denique — sese Philargyr. in georg. III, 116 hic equitem sine dubio equum dicit — Ennius annalium VII: denique e. q. s. XX Varro V, 182 militis stipendia ideo, quod eam stipem pendebant; ab eo etiam Ennius scribit l. VII adscr. Me XXI Hor. sat. I, 4, 60 non, ut si solvas: postquam e. q. s., invenias etiam disiecti membra poetae Porphyr. in h. l.: si dissolvas versus vel meos vel Lucilii, non eadem verba invenies quae sunt in Ennianis versibus, qui magno scilicet spiritu et verbis altioribus compositi sunt, velut hi sunt: postquam — refregit Acro ibid.: postquam e. q. s. haec Ennii verba sunt Serv. in aen. VII, 22 Belli ferratos rumpit Saturnia postes: acyrologiam fecit commentando Ennii versum. nam ille ait: Belli e. q. s. l. VII adscr. Me XXII Non. 223, 30 sagum generis neutri — masculini Ennius XXIII Charis. 81 sagum neutro genere dicitur. sed Afranius — dixit 'quia quadrati sunt sagi' et Ennius 'sagus caerulus' (cf. Keilii comment. in h. l.) XXIV Macrob. I, 4, 17 Ennius, nisi cui videtur inter nostrae aetatis politiores munditias respuendus, 'noctu concubia' dixit his versibus: qua — cruentant. quo in loco animadvertendum est non solum quod 'noctu concubia' sed quod etiam 'qua noctu' dixerit. et hoc posuit

252 tetra *pars libr., velut Monacens. Porphyr.*

XXV a*

ast hic, quem nunc tu tam torviter increpuisti.

XXVI b*

Illyrii restant sicis sibunisque fodentes.

XXVII c*

Livius inde redit magno mactatu' triumpho.

XXVIII (*α*)

⏑⏑⏑– legio rediit rumore secundo.

XXIX (*β*)*

⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑– ruina
mox auferre domos populi rumore secundo.

XXX

deducunt habiles gladios filo gracilento.

XXXI (*α*)

⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑– longique cupressi
stant rectis foliis et amaro corpore buxum.

XXXII (*β*)*

capitibu' nutantis pinos rectosque cupressos.

XXXIII (*γ*)*

russescunt frundes.

XXXIV (*δ*)*

⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑ populea frus.

in annalium septimo XXV Non. 516, 16 torbiter — Ennius lupi (l. VII *M*, lib. I *v*) XXVI Paulus 336 sybinam appellant Illyrii telum venabuli simile. Ennius l. VII adscr. Me XXVII Serv. in aen. IX, 641 cd. F 'mactus' autem apud veteres etiam 'mactatus' dicebatur, ut Ennius l. VII adscr. Me XXVIII XXIX Non. 385, 17 rumor favor auxiliatio — Ennius annali lib. VII legio r. r. s. idem: . . . . . ruina e. q. s. idem *add. M; ex archetypo Non. unus exciderat versus* XXX Non. 116, 3 gracilentum pro gracili — Ennius lib. VII XXXI Philargyrius in georg. II, 444 buxum lignum, non arborem dixit: quamvis Ennii exemplo et arborem potuerit dicere neutro genere. ille enim sic in septimo XXXII Gell. XIII, 20, 13 Ennius item rectos cupressos dixit contra receptum vocabuli genus hoc versu: capitibus e. q. s. firmior ei, credo, et viridior sonus esse vocis visus est, 'rectos' dicere 'cupressos' quam 'rectas.' contra vero idem Ennius in annali duodevicensimo 'aere fulva' dixit, non 'fulvo' Non. 195, 24 cupressus generis feminini — masculini Ennius XXXIII Charis. 105 frus — sic ab Ennio est declinatum annalium libro VII — non frondes XXXIV Auson. technopaegn. 159 de fronde loquens cur dicit

258 ast hic *Scaliger*, astic *cdd.*; *idem* torbiter 259 sibunisque *Me*, sybinisque *cdd.* fodantes *Me coll. Paulo 84* fodare, fodere 260 magnum *F* 261 rediit *Vahlenus*, redditu *cdd. plerique; Bern. 83* reddit vi secundo *add. M* 262 ruina (*vel* ruineis) *M*, ruinas *v* 262 263 ruinas ferre *Bern. 83* 266 rectis — amaro *v*, sectis — amore *Vatic.* 267 captibu' *docti* nutantibus *Non.; Voss. Gell. m. 1* 269 frus *Tilian.*, fruns *Cantabrig.*, frons *Voss.*

XXXV

quianam dictis nostris sententia flexast?

XXXVI

sulphureas posuit spiramina Naris ad undas.

Liber VIII.

I a

Poenos Didone oriündos.

II b**

Europam Libyamque rapax ubi dividit unda.

III c*

– ◡ ◡ – ◡ ◡ at non sic dirus fuit hostis

Aeacidas Pyrrhus.

IV d

pellitur e medio sapientia, vi geritur res,
spernitur orator bonus, horridu' miles amatur.

(Rudinus): p. f.? XXXV Fest. 257 quianam pro quare et cur positum apud antiquos ut — Ennium in l. VII Paul. 256 quianam pro quare et cur ponitur. Ennius: quianam e. q. s. XXXVI Prisc. 691 Nar servavit a productum etiam in obliquis casibus. Ennius in VII annalium I Caesellius Vindex ap. Prisc. 685 Calypsonem. ita declinatum est apud antiquos. Livius — Ennius in VIII (in VIII Ennius *A H K, item pr. m. R* l. VII adscr. Me) II Cic. tusc. disp. I, 20, 45 nunc aliquid adsequi se putant qui ostium Ponti viderunt et eas angustias per quas penetravit — Argo — aut ei qui Oceani freta illa viderunt, Europam e. q. s. id. de deor. nat. III, 10, 24 quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius, quid freto Siciliensi, quid Oceani fervore illis in locis, Europam e. q. s. Ennio adscr. Me III Oros. IV, 14, 3 exinde odio Romani nominis, quod patri Hamilcari cum esset novem annos natus fidelissime, alias infidelissimus, ante aras iuraverat, Cornelio Scipione et P. Sempronio Longo consulibus e. q. s. ad ea quae sunt: alias — Scipione in cd. Sangall. 621 adscripta, non quidem Ekkeharti manu sed, ut Zangemeisterus testatur, eius qui prius notis librum inspersit 'de quo Ennius: at non' e. q. s. huc rettulit M IV Gell. XX, 10, 1 sqq. 'ex iure manum

270 heu *add. docti coll. aen. V, 13* vostris *Hugius verba obscura* 271 solphureas *G*, solphoreas *L*, sulporeas *D m. 1* naris *Bergkius* 273 lybiamque *Gudian., Paris. in tusc.*, libiamque *Bruxellens., pars cdd. l. de d. nat.* 274 dirus *M*, dubius *cd.* 275 Aeacidas *Zangemeisterus, qui et numeros disposuit;* eacida *cd. id.* phyrrus *possint etiam verba in unum versum redigi, ut puta:* at non sic dirus Pyrrhus fuit Aeacida hostis *vel:* at non Aeacidas Pyrrhus dirus fuit hostis 276 pellitur *Gellius; in or. pr. Mur. Monacens. 15734, cd. Lambini, Parisin. unus;* bellatur *Helmestad.;* tollitur *Monac. 68, al. multi* 276 277 vi geritur res, spernitur *Gell.;* videtur respui spernitur *Monac. 15734*, videtur respuitur *Helmestad.*, videtur resperni *rell. plerique* haut *Reg., Lugdun.*

haud doctis dictis certantes, sed maledictis
miscent inter sese inimicitiam minitantes.
non ex iure manum consertum, sed magi' ferro
rem repetunt regnumque parant, vadunt solida vi.

V e**

hostem qui feriet, mihi erit Karthaginiensis,
quisquis' siet, cuiati' siet.

VI f*

Cic. pro Archia 9, 22 carus fuit Africano superiori noster Ennius; itaque etiam in sepulcro Scipionum putatur is esse constitutus ex marmore. at his laudibus certe non solum ipse qui laudatur, sed etiam populi Romani nomen ornatur. in caelum huius proavus Cato tollitur: magnus honos populi Romani rebus adiungitur. omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fulvii non sine communi omnium nostrorum laude decorantur.

VII g*

omnes corde patrem perhibent animoque benigno
dant circumfusum.

consertum' verba sunt ex antiquis actionibus — rogavi ego Romae grammaticum — quid haec verba essent — ex Ennio, inquam, est, magister, quod quaero — tum ego hos versus ex octavo annali absentes dixi. nam forte eos tamquam insigniter praeter alios factos memineram Cic. pro Murena 14, 30 etenim, ut ait ingeniosus poeta et auctor valde bonus, proeliis promulgatis 'pellitur e medio' non solum ista vestra verbosa simulatio prudentiae, sed etiam ipsa illa domina rerum 'sapientia', 'vi geritur res', — 'spernitur orator', non solum odiosus in dicendo ac loquax, verum etiam 'bonus', 'horridus miles amatur': vestrum vero studium totum iacet ('bonus' — iacet *om. Helmestad.*); 'non ex iure manum consertum, sed ferro', inquit 'rem repetunt' id. ad fam. VII, 13, 2 tantum metuo, ne artificium tuum tibi parum prosit. nam, ut audio, istic 'non — repétunt' Lactant. div. inst. V, 1 disceptatione sublata 'pellitur — res', ut ait Ennius V Cic. pro Balbo 22, 51 neque enim ille summus poeta noster Hannibalis illam magis cohortationem quam communem imperatoriam voluit esse: hostem e. q. s. (Ennii l. VIII adscr. Me) VII Donat. in Phorm. V, 9, 39 'faxo tali eum mactatum' pro eo quod est 'eum mactabo' (e. m. *om. cdd.*); sic

278 sed *C*, nec *cdd. fuit qui coni.* inter sed 279 minitantes *M*, agitantes *v* 280 manu *cdd. Gellii h. l.* (*numquam alibi in hoc cap., ut videtur*), *item plerique orat. pro Mur.*, manum *Helmestad., unus ex Lagomars., Mediceus in epist.* magis *omitt. Cic. in orat. pro Mur.*, errore *pro* ferro *lib. Gellii* 281 *idem pro* rem repetunt *habent* rei repetunt *vel* rei petunt parant *M*, petunt *v* solita *Reg., Lugdun.* 282 mihi erit *v.*, erit, inquit, mihi *Cic.* 283 quisqui' siet *Me*, quisquis erit *cdd.* 284 perhibent *Ilbergius*, praebent *v.;* debent *Oxon.* 285 dant *add. M* circumfusum *v.*, circumfuntui *ed. Rom.*, circum suam *Oxon.*

VIII h*

unus homo nobis cunctando restituit rem.
noenum rumores ponebat ante salutem.
ergo postque magisque viri nunc gloria claret.

IX i*

Prop. IV, 2, 9:
victricesque moras Fabii.

X k

praecoca pugnast.
certare abnueo; metuo legionibu' labem.

XI l

– ◡◡ multa dies in bello conficit unus,
et rursus multae fortunae forte recumbunt.
haudquaquam quemquam semper fortuna secutast.

XII m*

haece locutu' vocat, quoi tum bene saepe libenter

frequenter veteres. Ennius l. VIII adscr. M VIII Cic. Cat. m. 4, 10 hic (Q. Fabius) et bella gerebat ut adulescens, cum plane grandis esset, et Hannibalem iuveniliter exultantem patientia sua molliebat. de quo praeclare familiaris noster Ennius: unus — claret id. de officiis I, 24, 84 quanto Q. Maximus melius, de quo Ennius: unus e. q. s. Macrob. VI, 1, 23 (aen. VI, 847) unus qui nobis cunctando restituit rem. Ennius in XII (in VII *Salisb.*): unus — rem Serv. in aen. VI, 845 ille (Fabius) est, de quo ait Ennius: unus — rem Servium excerpsit mythograph. Vatican. I ap. A. Maium, auct. class. III, 79 Liv. XXX, 26 eodem anno (551 a. u. c.) Q. Fabius Maximus moritur — nihil certius est quam unum hominem nobis cunctando rem restituisse, sicut Ennius ait Cic. ad Att. II, 19, 2 Bibulus in caelo est, nec quare scio. sed ita laudatur quasi qui (*om. cdd.*) unus — rem eundem v. respiciunt Augustus apud Suet. cap. 21; Ov. fast. II, 241 sq.; Seren. Samm. de med. 1101, 2 l. VIII adscr. Me X Non. 150, 16 praecox et praecoca, quod est immatura. Ennius annali lib. VIII: pr. pugna est Diom. 378 apud veteres et abnueo dictum annotamus, ut Ennius octavo annalium: certare e. q. s. (abnuendi verbum etiam alias in annalibus cum infinitivo vel accus. et infin. fuisse iunctum firmatur schol. Veronens. in aen. X, 8 abnueram bello Italiam concurrere Teucris, ubi haec feruntur: [abnueram. E]nnius anna[lium] .... [haec abnu —]. uncis inclusa non iam comparent in cd.) iunxit utrumque frgm. Me XI Macrob. VI, 2, 16 (aen. XI, 425 sqq.) multa dies variusque labor mutabilis aevi rettulit in melius, multos alterna revisens lusit et in solido rursus fortuna locavit. Ennius in VIII XII Gell. XII, 4, 1 descriptum definitumque est a Quinto Ennio in annali octavo (*ita Hugius*, septimo *cdd. et h. l. et in lemmate*) graphice admodum

286 homo qui nobis *maior pars libror. in Cat., sed* qui *in Paris. punctis not., in Mon. 15964 eras.;* u. qui *ib. Erfurt., Rhenaug. 127; Serv.* restituis *Serv. A S M;* constituissem *F'* 287 noenum *Lachm. in Lucr. III, 198,* non enim *omnes libri boni utroque l.; fortasse* non eni ponebant *Paris. in Cat., sed posteriore* n *puncto notata* 289 praecoca *M,* praecox *v* 293 quemquam *om. Par., Neapol., al.* 294 haece locutus *Stephanus, libri* haec elocutus *vel sim.*

mensam sermonesque suos rerumque suarum
inpartit cumulum, magnam cum lassu' diei
partem fuisset de summis rebu' regundis
consilio indu foro lato sanctoque senatu;
cui res audacter magnas parvasque iocumque
eloqueretur, uti iuxta malaque et bona dictu
evomeret, siqui vellet, tutoque locaret,
prudenter quod dicta loquive tacereve posset;
quocum multa volup et gaudia clamque palamque;
ingenium, cui nulla malum sententia suadet
ut faceret facinus levis aut malu'; doctu', fidelis,
suavis homo, facundu', suo contentu', beatus,
scitu', secunda loquens in tempore, commodu' verbum
paucum, multa tenens antiqua, sepulta, vetusta;
quem faciunt mores veteresque novosque tenentem
310a multorum veterum ◡◡–◡◡–◡◡–◡
310b –◡◡–◡◡– leges divumque hominumque.
hunc inter pugnas Serviliu' sic compellat.

XIII n

iamque fere pulvis ad caelum vasta videtur.

sciteque sub historia Gemini Servili, viri nobilis, quo ingenio, qua comitate, qua modestia, qua fide, qua linguae parsimonia, qua loquendi opportunitate, quanta rerum antiquarum morumque veterum ac novorum scientia, quantaque servandi tuendique secreti religione, qualibus denique ad minuendas vitae molestias fomentis, levamentis, solaciis amicum esse conveniat hominis genere et fortuna superioris XIII Non. 217, 10 pulvis generis masculini — feminini

quoi tum *M,* quodcum *cdd. pleriq.,* quod eum *Reg.* 296 inpartit cumulum (*prius* copiam inpartit) *M,* comiter (comitum *Lugdun.*) impartit (impertit, inpertit) *cdd.; sed nescio an servanda sit scriptura antiqua et post illud* rerumque suarum *versus interceptus* die *Bern., Lugdun., Reg.* 297 parte *Voss., Petav., Magliabecch.* fuisse *Bern.* recundis *id. cum Reg.;* fecundis *Lugd.* 300 uti iuxta *M* (iuxta *iam Gronov.*), et cuncta *cdd.* malusque *Voss., Petav.* (cunctam. alusq) *Magliabecch. vers.* 302 prudenter — posset, *qui in libris legitur ante 312, huc revocavit M* prudenter *Vahlenus,* prudentem *cdd.* qui *id.,* quod *M* tacereque *Voss., Petav., Magliabecch.,* tacere *Lugd., Reg.* possit *Voss.* 303 volup *Petav., Magliab.,* volup . . *Bern.,* volup *supra adscr.* tate *Voss.,* voluptate *Reg., om. Lugd.* et *add. M* 305 *pro* ut ne, *supra scr.* ut, *Lugd.* aut *Voss.,* haut *vel* haud *rell.* 306 contemptus *Voss.* 308 paucum *docti,* paucorum *libri* vetusta *M,* vetustas *v* 309 quem faciunt M (quem *iam Gronovius*), quae facit et *cdd.* 310 *lacunam indicavit M, quae in hunc modum explenda:* lecti simul atque recentum libri, qui novit 312 Servilius sic compellat *I. Dousa,* compellat Servilius sic *fere cdd.* 313 *fortasse* vagatur

XIV o*

stant pulvere campi.

XV p

amplius exaugere obstipo lumine solis.

XVI q

densantur campis horrentia tela virorum.

XVII r

hastati spargunt hastas, fit ferreus imber.

XVIII s

consequitur, summo sonitu quatit ungula terram.

XIX t

nunc hostes vino domiti somnoque sepulti.

XX u

ast occasus ubi tempusve audere repressit.

XXI v*

his pernas succidit iniqua superbia Poeni.

XXII x*

qui vicit, non est victor, nisi victu' fatetur.

XXIII y*

dum quidem unus homo Romanu' toga superescit.

XXIV z*

unum surum ferre tamen, defendere possunt.

Ennius lib. VIII ann. XIV Porphyr. in c I, 9, 1 'stet' 'plenum sit' significat, ut Ennius huc rett. Me XV Fest. 193 obstipum (*ita v*, obstitum *cdd. Festi et Pauli*), oblicum Ennius l. XVI — et in l. VIII XVI Prisc. 866 (denseo denses et denso densas) a denso Ennius in VIII (VII *G*) annalium XVII Macrob. VI, 1, 52 (aen. X, 284) ac ferreus ingruit imber. Ennius in VIII XVIII Macrob. VI, 1, 22 (aen. VIII, 596) quadrupedante — campum. Ennius in VI — idem (*om. P*) in VIII XIX Macrob. VI, 1, 20 (II, 265) invadunt urbem somno vinoque sepultam. Ennius in VIII XX Fest. 178 occasus — quo vocabulo pro occasione usus est Ennius in l. II — item in l. V — item in l. VIII XXI Festus 305 [sup]pernati dicu[ntur quibus femi]na sunt succisa [in modum suilla]rum pernarum. Ennius l. . . . is e. q. s. eadem Paulus 304, ex quo suppletus est locus Festi XXII F G T cdd. Serv. in aen. XI, 307 nec victi possunt absistere ferro — mire ait, ac si diceret: etiam si velint, eos a bellis discedere natura non patitur. Ennius huc rett. M XXIII Fest. 302 superescit significat supererit. Ennius Paul. 303 superescit, supererit. Ennius huc rett. M XXIV Fest. 286 s. l. rigido — Ennius —

314 lumve *cd.*, *corr. Augustin.* 315 horentia *L et m. 1 R* 316 *fortasse* ansatas sp. hastas 318 hostis *Neapol.* 319 ast *C*, aut *cd.* 320 his *Paul.*; *ap. Fest. hâec tantum leguntur*: is pernas succ . . . Poeni 321 vicit *F*, vincit *G T* fateatur *T* 322 Romae, *om.* toga, *cdd. Pauli, excepto quod in Lipsiensi est* Romae anus 323 unum surum *M*, unum surum surus *Fest. cd.* 286,

XXV aa*

Prop. IV, 2, 9, 10:

pugnamque sinistram
Cannensem et versos ad pia vota deos.

XXVI bb*

optima caelicolum, Saturnia, magna dearum!

XXVII cc*

Serv. in aen. I, 281 (Iuno) consilia in melius referet; quia bello Punico secundo Iuno, ut ait Ennius, placata coepit favere Romanis (Romanis Iuno coepit placata favere *Ilbergius*).

XXVIII

tibia musaeum pangit melos.

Liber IX.

I a*

Quintu' pater quartum fit consul.

II b*

de muris rem gerit Opscus.

III c*

unus ibi capitur meddix, occiditur alter.

IV d*

ob Romam noctu legiones ducere coepit.

item: unum e. q. s. suri autem sunt fustes (rustes *cd.*), et hypocoristicos surculi id. 298 s. l. surum dicebant — [Ennius] . . . . . rus surum . . . . . re possent Paul. 299 surum dicebant, ex quo per deminutionem fit surculus. Ennius: unus e. q. s. huc rett. M XXVI Prisc. 1103 Ennius (*ita S et m. 2 R, om. rell.*): optima e. q. s. 'magna' dixit pro 'maxima' l. VIII adscr. Me XXVIII Schol. Bernens. in georg. IV, 71, 72 et vox auditur fractos sonitus imitata tubarum. inde Ennius in VIII ait I Varro disciplinarum libro V ap. Gellium X, 1, 6 quarto locum adsignificat ac tres ante factos, quartum tempus et ter ante factum. Igitur Ennius recte quod scripsit haec translata a Nonio 435, 13 l. IX adscr. M II Fest. 198 Oscos quos dicimus ait Verrius Opscos antea dictos teste Ennio, quom dicat l. IX adscr. M III Paulus 123 meddix apud Oscos nomen magistratus est. Ennius l. IX adscr. M IV Paul. 179 ob praepositio — pro ad ut Ennius: ob R. e. q. s. cf. Festus 178, ubi haec tantum extant: Romam noc eundem v. s. l. ob affert Fest. 190 Paul. 147 dixerunt antiqui ob Romam legiones ductas l. IX adscr. M

. . rus surum *id.* 298, unus surus surum *Paul.* ferret *id.* possent *cd. Festi 298 et Paul.* 325 musaeum *M*, Musarum *v* 326 Quintum *L*, *Paris.*, Quintus *rell. cd. Non. et Gell.* 328 unus *Dacerius*, summus (*praecedit* s) *v*

V e*

cum saevo obsidio magnus Titanu' premebat.

VI f*

Prop. IV, 2, 11:

Hannibalemque lares Romana sede fugantes.

VII g

rastros dentefabres capsit causa poliendi
agri.

VIII h

– ◡ ◡ – libertatemque ut perpetuassint
quaeque axim . . . . .

IX i

– ◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡ ◡ praeda exercitus undat.

X

mortalem summum miserum fortuna repente
reddidit, exutus regno ut famul infimus esset.

XI

sed quid ego haec memoro? dictum factumque facit frux.

XII

– ◡ ◡ – ◡ virei validis cum viribu' luctant.

XIII

pulvis fulva volat.

V Non. 216, 29 obsidio feminino — neutro Ennius l. IX adscr. M. VII Non. 66, 27 politiones agrorum cultus diligentes — Ennius satir. lib. III — idem annali lib. VIIII VIII Non. 150, 30 perpetuassint (*ita docti, cdd.* perpetuitas sit), perpetua aeterna faxint (*om. cdd.*). Ennius annali lib. IX IX Serv. in georg. II, 437 undantem abundantem. Ennius lib. IX X Non. 110, 7 famul, famulus. Ennius l. IX respicit h. l. Lucr. III, 1034 Scipiadas, belli fulmen, Carthaginis horror, ossa dedit terrae proinde ac famul infimus esset XI Prisc. 724 Ennius — in VIIII pro 'frugi homo' 'frux' ponit, quod est adiectivum XII Non. 472, 7 luctant pro luctantur. Ennius lib. VIIII XIII Non. 217, 10 pulvis generis — feminini Ennius lib. VIII annalium —

330 saevo *Iunius*, suo *cdd.* Titanum *id.*, *corr. Me* 331 ratros *L*, rastaos *m. 1 H* dentefabres *corruptum;* dentiferos *Hugius* 333 perpetuassint *v.*, perpetiassint *L m. 1*; perpetuas sint *H testante Siversio;* perpetuitas sint *libri rell.* 334 quaeque axim *M*, que maxime *cdd.; v. om.* 'que': Maxime *sequebantur ut puta haec:* vortant bene vobis 336 summa *L et m. 1 H* miserum *add. M* 337 exutus *M* (e summo *Gifanius*), summo *cdd.* famul ut *id.*, ut famul *Gifanius* infimus *Lipsius* (ultimus *N. Faber*), optimus *cdd.* 338 fructumque *K* 339 viri *v*, viri a *cdd. plerique*, varia *Bamberg.* cum *add. I. Dousa* 340 iamque fere pulvis f. v. *cdd.; correxit Hug.; cf. v. 312.*

XIV

debil homo.

XV

Cyclopis venter velut olim turserat alte
carnibus humanis distentus.

XVI

lychnorum lumina bis sex.

Liber X.

I a*

Scipio invicte.

II b*

vel tu dictator vel equorum equitumque magister
esto vel consul!

III c*

additur orator Corneliu' suaviloquenti
ore Cethegus Marcu' Tuditano conlega
Marci filius – ◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡
– ◡ ◡ is dictust ollis popularibus olim
qui tum vivebant homines atque aevum agitabant
flos delibatus populi Suadaeque medulla.

idem lib. VIIII XIV Non. 95, 32 debil (*ita Lipsius*, debil *v*), debilis. Ennius lib. VIIII XV Prisc. 870 turgeo tursi — mulgeo mulsi — Ennius in VII annalium — idem in VIIII XVI Macrob. VI, 4, 17 inseruit operi suo et Graeca verba, sed non primus hoc ausus; auctorum enim veterum audaciam secutus est: (aen. I, 726) dependent lychni laquearibus aureis. Ennius in VIIII I Cic. or. 45, 152 sed Graeci viderint. nobis ne si cupiamus quidem distrahere voces conceditur. indicant orationes illae ipsae horridulae Catonis, indicant omnes poetae praeter eos, qui ut versum facerent saepe hiabant, ut Naevius — et ibidem — et Ennius: 'Sc. inv.'; et quidem nos semel (*ita Bergkius; cdd.* at Ennius semel — *deteriores* saepe — Sc. inv. et quidem nos): hoc motu radiantis etesiae in vada ponti l. X adscr. M II Paul. 369 vel colligatio quidem est disiunctiva — earum rerum — e quibus quae eligatur nihil interest, ut Ennius: vel e. q. s. l. X adscr. M III Cic. Brut. 15, 58 quem vero exstet eloquentem fuisse et ita esse habitum, primus est M. Cornelius Cethegus, cuius eloquentiae est auctor, et idoneus quidem mea sententia, Q. Ennius; praesertim

341 debil *Lips.*, debilo *v* 342 alte *I. Dousa*, alti *cdd.* 344 lichnorum *P* 345 *puto fuisse:* Scipio, invictae *ut sequeretur* vires *vel simile* 351 is dictust ollis *Gronovius*, is dictus tollis *Gellii lib. plerique*, his dictus tolleres *Voss.*, as dictus tollis *Petav.;* is dictus popularibus *cdd. Bruti* 352 agebant *idem* 353 populi suada *vel* populis vada *cdd. Gellii;* suade medellam

IV d

insigneita fere tum milia militum octo
duxit delectos, bellum superare potentes.

V e*

Iuppiter hic risit tempestatesque serenae
riserunt omnes risu Iovis omnipotentis.

VI f*

Africa terribili tremit horrida terra tumultu.

VII g*

silvarum saltus, latebras lamasque lutosas.

VIII h*

flamma loci postquam concussast, turbine saevo
cum magno strepitu Volcanum ventu' vegebat.

cum et ipse eum audiverit et scribat de mortuo; ex quo nulla suspicio est amicitiae causa esse mentitum. est igitur sic apud illum in nono, ut opinor, annali: additur — filius. et oratorem appellat et suaviloquentiam tribuit — est ea laus eloquentiae certe maxima: is dictust — populi. probe vero — 'Suadaeque medulla'. *Πειθώ* quam vocant Graeci, cuius effector est orator, hanc Suadam appellavit Ennius, ut quam deam in Pericli labris scripsit Eupolis sessitavisse, huius hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit Gell. XII, 2, 3 in libro vicesimo secundo epistularum moralium, quas ad Lucilium composuit, deridiculos versus Q. Ennium de Cethego, antiquo viro, fecisse hos dicit (Seneca): is dictust — medulla ib. 5 ponit deinde quae apud Ciceronem reprehendat, quasi Enniana, quod ita scripserit in libris de republica: 'ut Menelao Laconi quaedam fuit suaviloquens iucunditas' et quod alio in loco dixerit: 'breviloquentiam in dicendo colat' Quintilian. XI, 3, 31 nam sonis homines ut aera tinnitu dignoscimus. ita fiet illud quod Ennius probat cum dixit suaviloquenti ore Cethegum fuisse Cic. Cat. mai. 14, 50 Marcum vero Cethegum, quem recte Suadae medullam dixit Ennius Quintilian. II, 15, 4 (Isocrates) finem artis temere comprendit, dicens esse rhetoricen persuadendi opificem — neque enim mihi permiserim eadem uti declinatione qua Ennius M. Cethegum 'Suadae medullam' vocat l. decimo adscr. M IV Prisc. 556 vetustissimi — non semper eam (m finalem) subtrahebant. Ennius in X annalium V Serv. ad. aen. I, 254 subridens; laetum ostendit Iovem et talem qualis esse solet cum facit serenum. poetarum est enim elementorum habitum dare numinibus — Ennius l. X adscr. M VI Fest. 153 metonymia — ut Ennius cum ait Cic. de or. III, 42, 67 ne illa quidem traductio atque inmutatio in verbo quandam fabricationem habet: Africa e. q. s. pro Afris est sumpta Africa id. or. 27, 97 horridam Africam terribili tremere tumultu cum dicit (Ennius), pro Afris inmutat Africam id. epist. IX, 7, 2 sed ridicula missa, praesertim cum sit nihil quod rideamus: Africa e. q. s. l. X adscr. M VII comm. Cruquian. in epist. I, 13, 10 lamas, lacunas maiores, continentes aquam pluviam seu caelestem, *ἀπο τοῦ λαιμοῦ*, i. e. ingluvies et vorago viarum seu fossae fluviorum — Ennius de Sardinia haec dicta coniecit Wezelius de Silii Ital. cum fontib. tum exemplis pg. 22 VIII Schol. Vatic. in Ter. hautontim. 'loci' parhelcon. nam 'loci'

(ella *m. 2*) *Ambrosianus Quintil.* 354 insigneita *Vahlenus*, insignata *H G L*, insignita *rell.* 355 delectos *R B A H*, dilectus *G m. 1, L K*, dilectos *G m. 2* 356 *fortasse* huic 358 terribilis *Abrincens., Erlangens. alt.* tremis *cd. Festi* 360 concussa (*non* conclusa) preturbine (turbine *Faernus*) saevo *cd. testante*

IX i

regni versatam tum summovere columnam.

X k

aegro corde comis ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
- passis late palmis 'pater' – ⏑ ⏑ – ⏑

XI l (*α*)

et simul erubuit ceu lacte et purpura mixta.

XII (*β*)*

conchyli quom iam semel est imbuta veneno.

XIII m

horitatur . . . . induperator.

XIV n

- pinsunt terram genibus.

XV

aspectabat virtutem legioni' suai,
expectans si mussarent, quae denique pausa
pugnandi fieret aut duri fini' laboris.

omni significationi addi solet. Ennius: flamma — saevo Fest. 153 metonymia — a superiore inferior, ut Ennius: cum magno e. q. s. iunxit utrumque locum M IX Donat. in Phorm. II, 1, 57 columen, culmen vel columna (culmen columna *Me*, culmen *v*) — Horatius contra pro columine columnam. Ennius X X Non. 370, 22 passum, extensum, patens — Ennius annalium lib. X aegro — pater; passis ait palmis, patentibus et extensis XI Non. 483, 2 lacte nominativo casu ab eo quod est lac. Ennius lib. X (*ita Bamberg.*, XI *rell.*) XII Fest. 376 venenari (*add. docti*) dicebant antiqui, cuius color inficiendo mutatur, ut Ennius cum ait XIII Diomed. 374 hortatur — veteres nonnulli horitur dixerunt, ut Ennius sexto decimo ann. — idem in decimo: h. i., quasi specie iterativa XIV Diomed. 370 apud veteres reperimus etiam n littera addita pinso, quod est tundo, et pinsit secundum tertium ordinem, ut (*exidit exemplum verbi* pinsit), item ut Ennius decimo annalium XV Philargyr. in georg. IV, 188 mussant [hic murmurant]; quae vox ponitur et in tacendi significatione, ut apud Ennium — interdum et pro dubitare — mussant autem murmurant. Ennius in X sic ait ex pleniore quaternionis Festi octavi apographo Nestor Novariensis pg. 68 ed. Venet. a. 1496 musso cum duplicato s etiam pro

Vmpfenbachio Hermae II, 368 362 vorsatam *Scal.*, tum *add. M*, summovere *Scal.;* versatum summam vero *v* 363 364 *verba in hunc fere modum videntur fuisse concepta:* aegro c. c. sparsis lacrimisque profusis et passis late palmis 'pater' inquit 365 et simul *Gulielmus*, es simulier *cdd.* 366 conchyli *Bergkius programm. Halis 1863 ed. pg. 7* cum illud *v* quom iam *vel* quoniam *M*, quo iam *cd.* (c. ut quom lana semel i. v. est *Bergkius*) 367 horitatur *Ilbergius*, horitur *cdd.* 369 suai *Bergkius*, sive *Vatic.*, suae *Nestor* 370 expectans *id.;* spectans *Vat.* mussarent *M* (mussaret *Bergkius*), mussitarent *Nestor*, dubitaret *Vat.* que *id.* pausa *Bergkius*, causa *testante Hageno Vat.* 371 finis *add. Bergk.* labores *Vat.*

XVI

hinc nox processit stellis ardentibus apta.

XVII (*α*)

ac veluti quando vinclis venatica velox
apta sueis, si forte feras ea nare sagaci
sensit, voce sua nictit ululatque ibi acute.

XVIII (*β*)**

invictus ca[nis atque sagax et na]ribu' fretus.

XIX

Fest. 375 veruta pila dicuntur quod (velut verua *add. docti*) habeant praefixa. Ennius li. X . . . . .

XX

Macrobii excerpta Bobiensia de verbo (V, 645 K): a fio fiere esse deberet — fieri — nunc dicitur, Ennius tamen in X annalium 'fiere' dixit, non 'fieri'.

XXI

acanthus.

Liber XI.

I a (*α*)

Insece, Musa, mihi, Romanorum induperator
quod quisque in bello gessit cum rege Philippo.

murmuro ponitur auctoribus Festo et Nonio. Ennius: aspectabat — mussitarent XVI Macrob. VI, 1, 9 (aen. IV, 482; VI, 797) axem umero torquet stellis ardentibus aptum. Ennius in I — et in III — et (*om. P*) in X XVII Fest. 177 nictit canis in odorandis ferarum vestigiis leviter ganniens, ut Ennius in l. X Paul. 176 nictit — ganniens. Ennius: nare — ululatque thesaurus nov. Latinit. ap. A. Maium, auct. class. VIII, 372 nicto, — as, — cti vel nictui, quod proprie pertinet ad canes e. q. s.; unde et Caecilius de quodam cane bene inquit: nictit holetque XVIII Fest. 321 [sagacem] etiam canem [dixit Ennius l . . .]. Ennio adscr. Dacerius XXI v. testim. XLIX I Gell. XVIII, 9, 2 et grammaticus quidem contendebat — traditumque esse 'inseque' quasi 'perge dicere' et 'insequere' itaque ab Ennio scriptum in his versibus: inseque e. q. s. alter autem ille eruditior — perseverabat — Velio Longo — fidem esse habendam, qui in commentario, quod fecisset de usu antiquae lectionis scripserit,

373 ac *M add.* veluti si *cd., corr. Turneb.* 373 374 vinclis v. velox a *id.*, vinculis v. veneno xapta *cd.* sueis (*seq.* s) *M*, solet *cd.* feras *add. O Mueller* ea *id.*, ex *cd.* 375 nictu *id. nec non:* acuta et; acute Scal.
376 *v. supplevit Dacerius, excepto quod pro* naribus *apud eum scriptum* viribus
377 mihi *M*, manu *v*

II (*β*)*

Paulus 111 'inseque' apud Ennium dic, 'insexit' dixerit (*ita v, cdd.* direxerit *vel* direxit).

III b

quippe solent reges omnes in rebu' secundis.

IV c

contendunt Graios Graeci, memorare solent sos
esse eadem lingua longos per tempori' tractus.

V d**

Graecia Sulpicio sorti data, Gallia Cottae.

VI e

Leucatam campsant.

VII f*

egregie cordatus homo catus Aeliu' Sextus.

VIII g*

sollicitari te, Tite, sic noctesque diesque!

non 'inseque' apud Ennium legendum, sed 'insece' III Fest. 257 quippe significare quidni (*ita Vrsinus*, quodni *cd.*) testimonio est Ennius l. XI (XL *cd., corr. Vrs.*) IV Fest. 286 [Romanos in l. XI Graios id est Graeco]s appellat Enni . . . . . os Grai (*ita cd., non* cos Graios) memo . . . . . gua longos per . . . . . id. 301 sos pro eos antiqui dicebant, ut Ennius — l. XI contendunt — sos V Isid. orig. I, 35, 3 zeugma est clausula, cum plures sensus uno verbo clauduntur, quae fit tribus modis. nam aut in primo aut in postremo aut in medio id verbum ponitur — in medio ut: Graecia e. q. s. Ennii l. XI reddidit M VI Prisc. 906 cambio *ἀμείβω* ponit Charisius et eius praeteritum campsi — unde et campso, campsas solebant vetustissimi dicere. Ennius in XI (XI *G L teste Vahleno*, X *rel.*) VII Cic. de rep. I, 18, 30 in ipsius paterno genere fuit noster ille amicus, dignus huic ad imitandum, egregie cordatus homo catus Aeliu' Sextus (*delet versum Dobraeus*), qui egregie cordatus et catus fuit et ab Ennio dictus est, non quod ea quaerebat, quae numquam inveniret, sed quod ea respondebat, quae eos qui quaesissent et cura et negotio solverent id. de or. I, 45, 198 ut ille, qui propter hanc iuris civilis scientiam sic appellatus a summo poeta est: egregie e. q. s. id. tusc. disp. I, 9, 18 aliis cor ipsum animus videtur. ex quo excordes, vecordes concordesque dicuntur et Nasica ille prudens bis consul Corculum et 'egregie — Sextus' Varro VII, 46 apud Ennium: iam cata signa e. q. s. 'cata' acuta; hoc enim verbo dicunt Sabini. quare 'catus Aelius Sextus' non, ut aiunt, prudens, sed acutus ex Ciceronis libris fluxit, quod legitur ap. Pomponium, digest. I, 2, 2, 38 Sextum Aelium etiam Ennius laudavit VIII cf. quae ad

380 Graios Graeci (*vel* Grai) *M*, . . . os Grai *cd. 286;* Graios Graecos *id. 301* 381 esse eadem *M add.; quae sequuntur suppleta ab Vrsino* 382 sorti data *Frising.;* sordidata *Paris. 7582* 383 Leucatam *Vahlenus*, Leucatem *B*, Leucatan *Rr Hh D*, Leocaten *G K L* camsant *D H* 385 sic *om. Monac. 7809* noctes *Erfurt.*

IX h*

o Tite, siquid ego adiuro curamve levasso,
quae nunc te coquit et versat in pectore fixa,
ecquid erit praemi?

X i*

ille vir haud magna cum re, sed plenu' fidei.

XI k

tum clipei resonunt et ferri stridit acumen.

XII l

missaque per pectus dum transit striderat hasta.

XIII m

quae neque Dardaniis campis potuere perire
nec, cum capta, capi nec, cum combusta, cremari.

XIV

splendent peniculamenta unum ad quodque pedule.

XV

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ malo cruce, fatur, uti des,
Iuppiter!

insequentem v. sunt notata IX X Cic. Lael. init. o — praemi? licet enim mihi versibus isdem adfari te, Attice, quibus adfatur Flamininum 'ille — fidei'. quamquam certo scio non, ut Flamininum (VIII) 'sollicitari — diesque' XI Prisc. 838 sono sonas et sono sonis. Ennius in XI annalium id. 863 sonui sonitum, tonui tonitum — haec tamen et secundum tertiam vetustissimi protulisse inveniuntur coniugationem, ut Ennius in XI annali XII Prisc. 817 a 'stridо' quoque alii 'stridui', alii 'stridi' protulerunt. Ennius in annalium XI XIII Macrob. VI, 1, 60 (aen. VII, 695 sq.) num capti potuere capi num incensa cremavit Troia viros? Ennius in XI (X, *in ras., ut vid., P,* in decimo *Cantabrig.*), cum de Pergamis loqueretur XIV Non. 149, 32 peniculamentum a veteribus pars vestis dicitur. Ennius lib. XI (XII, *sed radendo correct., H; etiam in L rasura post* XI) annali: splendent (*ita M,* annalis pendent *v*) fortasse l. XII adscribendus v. XV Non. 195, 13 crux gen. fem. — masculini

386 siquid te *Paris.;* siquid ego *rell. cdd. Baiteri* adiuro *docti;* adiuvero *Paris., Lugd.,* adiuto *maior pars librorum* levasso, *suprascr.* vel levavero *in Paris.* 387 te nunc *Rhenaugiens. 127* versatur pectore *Monac. 7809* firma *Rhenaug. 127* *post* fixa *additum in cdd. Monacensibus* et qua deprimeris 388 et quid *Monac. 4611, Erfurt.* precii *vel* praecii *Monac. tres; rel.* praemii; *in Paris. m. 1 om. illa* ecquid erit praemi, *deinde in margine addita* et quid erit praemii 389 haut *Monac.* 4611, 7809, *item Erfurt., sed ex correct.* cum magna *Monacenses* 390 tunc *cdd. 863* clepei *L K 838, item cum G 863* resonant aes *libri plerique 838,* resonunt aes *K* 391 messaque *R m. 1,* misaque *K,* misaque *cum ras. unius litterae post* s *et supra addito* s *G* perfectus K 394 *de initio v. dictum supra* unum ad quodque pedule *Scal.,* unum ad quemque pedum *cdd.*

XVI

alte elata mari petrisque ingentibu' tecta.

XVII

Fest. 277 [rima]ri, quaere[re valde, ut in rimis quoque] . . . . qui te rimat[ur] . . . . . Ennius l. XI . . . . . utrique.

Liber XII.

I

omnis mortalis victores cordibus imis
laetantis, vino curatos somnu' repente
in campo passim mollissimu' perculit acris.

Liber XIII.

I a

Hannibal audaci cum pectore de me hortatur,
ne bellum faciam? quem credidit esse meum cor
suasorem summum et studiosum robore belli.

Ennius annali libro XI XVI Festus 206 petrarum genera sunt duo, quorum alterum naturale saxum prominens in mare, cuius Ennius meminit l. XI I Prisc. 647 acer et alacer — quamvis acris et alacris plerumque faciant — feminina, in utraque tamen terminatione communis etiam generis inveniuntur prolata — Ennius in XVI — idem in XII idem 696 ubi agitur de re eadem: Ennius in XII I Gell. VI, 2, 3 sqq. scripsit — Caesellius (in commentariis lectionum antiquarum) Q. Ennium in XIII annali (XII ann. *libri deteriores,* XIII *ex* XII *corr. m. sec. in Vatic.*) cor dixisse masculino genere. verba Caesellii subiecta sunt: masculino genere (cor) ut multa alia enuntiavit Ennius; nam in XIII annali 'quem cor' dixit. ascripsit deinde versus Ennii duo: Hannibal — cor? — hoc Caesellius quidem, sed aliud longe Ennius. nam tres sunt versus, non duo, ad hance Ennii sententiam pertinentes, ex quibus tertium versum Caesellius non respexit: Hannibal — belli Non. 195, 19 cor generis est neutri — masculini

397 elata *Scaliger,* delata *cd.* mari *add. M* ceterisque *cd., corr. Scal.* 398 omnes mortales *pars librorum utroque l.* imis *cdd. quid. interpolati, Havetus de versu sat. 369, rell.* huius *vel* vivis 399 laetantes *cdd. plerique,* lactantis *647 K, ib. G* lactantes 401 Hannibal *cdd. Gellii, G Non., et m. 2 H;* Annibal *id. 1 cum L* *pro* audaci cum *cdd. Non.* laudacium; dum *libri Gell. post. loco* me *om. id. priore*

II b*

isque Hellesponto pontem contendit in alto.

III c*

405 matronae moeros complent spectare faventes.

IV

quo res sapsa loco sese ostentatque iubetque.

V

- ⏑ satin vates verant aetate in agunda?

Liber XIV.

I a

litora lata sonunt.

II b

verrunt extemplo placidum mare marmore flavo,
410 caeruleum spumat sale conferta rate pulsum.

III c

cum procul aspiciunt hostes accedere ventis
navibu' velivolis.

Ennius lib. XIII: (XII, *sed corr. m. 1, H*): Hann. — cor II Varro VII, 21 Cassi: Hellespontum et claustra. claustra (*om. cdd.*), quod Xerxes quondam eum locum clausit; nam ut Ennius ait: isque e. q. s. l. XIII adscr. Me III cd. Lemov. Serv. in georg. I, 18 favere — veteres etiam velle dixerunt. Ennius Philargyr. in georg. IV, 230 post allatos ex l. XVI versus: ponitur eadem vox (favere) et pro velle apud eundem Ennium in XIII (*ita v.*, XVI *Vatic.*) IV Fest. 325 sas — sane (sicuti *cd.*) eiusdem (Ennii) l. IIII fatendum est 'eam' significari, cum ait — idem (*add. cd.* cum ait) sapsam pro ea (*om. cd.*) ipsa, nec alia, ponit in l. XIIII Paul. 324 sapsa ipsa. idem Ennius V Gell. XVIII, 2 quaesitum est, verbum 'verant', quod significat vera dicunt, quisnam poetarum veterum dixerit? nemo enim tum commeminerat dictum esse a Q. Ennio id verbum in tertio decimo annalium in isto versu: satin e. q. s. I Prisc. 863 sonui sonitum, tonui tonitum — et secundum tertiam vetustissimi protulisse inveniuntur coniug., ut Ennius in XI annali — id in XIV (VIII *L*, XIII *libri Krehliani ut vid. plerique*) II Gell. II, 26, 21 Favorinus ad Frontonem: fecisti, ut intellegerem verba illa ex annali quarto decimo Ennii amoenissima, quae minime intellegebam: verrunt — pulsum. non enim videbatur caeruleum mare cum marmore flavo convenire. sed cum sit, ita ut dixisti, flavus color e viridi et albo mixtus, pulcherrime prorsus spumas virentis maris 'flavom marmor' appellavit Prisc. 659 etiam 'hoc sale' Ennius protulit in XIV (XVII *G*) annalium: caeruleum e. q. s. III Macrob. VI, 5, 10 (aen. I, 224)

405 matrone *cdd.* 406 ostentat *Paul. rel. om.* 407 sannuates *pro* satin vates *Lugdun* agunda *apud Hertzium*, agenda *ap. Vahlenum* 409 placidum *Parrhasius*, placide *cdd.* 410 mare *pro* sale *Gellius pro* rate pulsum *Rottendorf.* repulsum *post* pulsum *in cdd. Prisc. additum glossema* pro mare *vel* per mare

IV d

labitur uncta carina, volat super impetus undas.

V e*

Prop. IV, 2, 8:

regiaque Aemilia vecta tropaea rate.

VI f

nunc est ille dies, cum gloria maxima sese
415 nobis ostendit, si vivimu' sive morimur.

VII g

horrescit telis exercitus asper utrimque.

VIII h

Gell. X, 25, 4 item rumpia (rupia *cdd.*, *sed ibid. 2* rumpiae) genus teli est Thracae nationis, positumque hoc vocabulum in Quinti Enni annalium XIIII.

IX i

infit: o cives, quae me fortuna ferocem
contudit indigne, bello confecit acerbo!

X

omnes occisi occensique in nocte serena.

Liber XV.

I a*

Auct. inc. de vir. illustr. 52 Marcus Fulvius — consul Aetolos — proeliis frequentibus victos et in Ambraciam oppidum coactos in deditionem accepit — de quibus triumphavit. quam victoriam, per se magnificam, Q. Ennius, amicus eius, insigni laude celebravit.

despiciens mare velivolum. Livius — Ennius in XIIII IV Macrob. VI, 1, 51 (aen. VIII, 91) labitur uncta vadis abies. Ennius in XIIII VI Prisc. 880 orior et morior tam secundum tertiam quam secundum quartam coniugationem declinaverunt auctores — Ennius in XIIII annalium VII Macrob. VI, 4, 6 (aen. XI, 601 sq.) tum ferreus hastis horret ager. horret mire se habet. sed et Ennius in quarto decimo IX Prisc. 891 vetustissimi — tam producebant quam corripiebant supradicti verbi (tutudi) paenultimam. Ennius in XIV (in XIV *om. G.*) X Fest. 201 ob praepositione antiquos usos esse pro ad testis est

414 maxima gloria *Heidelberg.* 415 ostendit *L et m. 2 R*, ostentat *Zwiccaviensis 2*, ostendat *rell. pro* si *Bamberg.* sive, *Halberstad. m. 2* seu 417 furtuna *G K* 418 ferocem *I. Dousa, libri* fero sic *vel simillima* indigne *Columna*, indigno *v* acerbo *L*, acervo *rell.* 419 obcensique *cd.*

II b

malos diffindunt; fiunt tabulata falaeque.

III c

occumbunt multi letum ferroque lapique
aut intra muros aut extra praecipe casu.

IV a*

septingenti sunt, paullo plus aut minus, anni,
augusto augurio postquam inclita condita Romast.

V b*

moribus antiquis res stat Romana virisque.

VI c*

Iuno Vesta Minerva Ceres Diana Venus Mars
Mercurius Iovi' Neptunus Vulcanus Apollo.

VII

arcus ubi aspicitur, mortalibu' quae perhibetur
iris.

Ennius l. XIIII: omnes e. q. s., id est accensi II Non. 114, 7 falae turres sunt ligneae. Ennius lib. XV III Prisc. 725 vetustissimi etiam praecipis genitivum protulerunt — Ennius in XV annali: occ. — casu, (*ea quae sunt* Enn. — casu *om. G, L, K; sed in hoc addita m. 2*) id. 708 vetustissimi tamen etiam huius lapis protulerunt. Ennius in XV annali: occ. — lapique IV Varro de re rust. III, 1, 2 nam in hoc nunc denique est ut dici possit, non cum Ennius scripsit, 'septingenti' e. q. s. Suet. Octav. 7 loca religiosa et in quibus augurato quid consecratur augusta dicuntur ab avium gestu gustuve, sicut etiam Ennius docet scribens: augusto — Romast haec addita esse ex Festo, cuius excerpta leguntur pg. 1 s. l. augustus, statuere quidam l. XV adscr. M V Augustin. de civ. d. II, 21 Tullius — in principio quinti libri (de re publ.) commemorato prius Ennii poetae versu, quo dixerat: moribus e. q. s., quem quidem ille versum, inquit, vel brevitate vel veritate tamquam ex oraculo mihi quodam esse effatus videtur Vulcat. Gallican. Avidii Cassii 5 scis enim versum a bono poeta dictum et omnibus frequentatum: moribus — virisque l. XV adscr. M VI Appuleius de deo Socratis cap. 2 quorum in numero sunt illi duodecim numeroso situ nominum in duos versus ab Ennio coartati Martianus Capella I, 42 (pg. 15 Gr.) ipsius collegae Iovis, qui bis seni cum eodem Tonante numerantur quosque distichum complectitur Ennianum l. XV adscr. M VII Prisc. 712 quo loco agitur de nominibus quae pariter secundae et quartae sint declinationis: invenitur tamen (arcus) apud veteres etiam feminini generis, secundum quod bene quartae est declinationis. Ennius in XV annali

420 diffindunt *Me*, defindunt *v* 421 obcumbunt *plures libri* 725 *cdd. fere* laetum *vel* loetum; laeto *L* 708 425 restat *Bamberg. et Palatin. Volcat., sed in hoc corr. m. 3* 426 Ceresque *cdd. Martiani Capellae* 427 Iuppiter *cdd. eiusdem* 428 aspicitur *C*, aspiciunt *cdd.* perhibetur *H, Caroliruhensis alter, Darmstad. duo*, perhibentur *rell.* 429 iris *add. M*

Liber XVI.

I a

Plin. nat. hist. VII, 28, 101 fortitudo in quo maxima extiterit inmensae quaestionis est, utique si poetica recipiatur fabulositas. Q. Ennius T. Caelium (*ita M*, T. Caecilium *v*) Teucrum fratremque eius praecipue miratus propter eos sextum decimum adiecit annalem.

II b

quippe vetusta virum non est sati' bella moveri.

III c**

nos sumu' Romani, qui fuimus ante Rudini.

IV d

– ◡ ◡ post aetate pigret sufferre laborem.

V e

postremo longinqua dies confecerat aetas.

VI f

reges per regnum statuasque sepulcraque quaerunt,
ludificant nummum, summa nituntur opum vi.

VII g*

Cic. de provinc. cons. 9, 21 an vero M. ille Lepidus, qui bis consul et pontifex maximus fuit, non solum memoriae testimonio, sed etiam annalium litteris et summi poetae voce laudatus est, quod cum M. Fulvio conlega, quo die censor est factus, homine inimicissimo, in campo statim rediit in gratiam, ut commune officium censurae communi animo ac voluntate defenderent?

VIII a

primus nec bradus in regimen bellique peritus.

II Fest. 257 quippe — Ennius l. XI — idem l. XVI III utitur hoc v. Cic. de or. III, 42, 168 ad demonstrandum numeri pluralis pro singulari positi usum l. XVI adscr. M IV Non. 219, 12 pigret. Enn. lib. XVI (XVII *Aldus, Iun.*) V Gell. IX, 14, 5 Q. Ennius in XVI annali 'dies' scripsit pro 'diei' in hoc versu VI Macrob. VI, 1, 17 (aen. XII, 552) summa nituntur opum vi. Ennius in IIII — et in XVI VIII Fest. 278 regimen pro regimento usurpant

431 Rudini *Lagomars. 13*, Rutili, Rutuli *sim. rel.* 432 potestate *L*, potes etate, *sed corr. m. 2 H* sufferre *H, L m. 2*, supferre *id. m. 1*; subferre *G* 433 postremo *Bergkius*, postrema *cdd.* confecerat *quid. deteriores*, confecerit *vel* quod fecerit *meliores* 435 ludificant nummum *M*, aedificant nomen *v* 436 nec bradus *Me, qui* se *ante* primus *addidit*; senex bradyn *cd.*

IX b

quos ubi rex Epulo spexit de cotibu' celsis.

X c

montibus obstipis obstantibus, unde oritur nox.

XI d

si luci, si nox, si mox, si iam data sit frux.

XII e

nox quando mediis signis praecincta volabit.

XIII f

interea fax
occidit oceanumque rubra tractim obruit aethra.

XIV g

hic insidiantes vigilant, partim requiescunt
protecti gladiis sub scutis, ore faventes.

XV h

ingenio forti dextrum latu' pertudit hasta.

XVI i

– ◡ ◡ ◡ – tamen induvolans secum abstulit hasta
insigne – ◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡

XVII k

spero, si speres quicquam prodesse potissunt.

poetae. Ennius l. XVI IX Festus 330 spicit quoque sine praepositione dixerunt antiqui — et spexit. Ennius l. XVI Varro VI, 82 spectare dictum ab 'specio' antiquo, quo etiam Ennius usus: vos Epulo postquam spexit X Festus 193 obstipum (obstitum *cd. et Paulus*) obliquum. Ennius l. XVI XI Prisc. 724 'frux' etiam 'frugis' facit genetivum, quia *ἀπὸ τοῦ φρύγω* — nascitur. Ennius in XVI (XVII *L K*) annali (annalium *K*) XII Fest. 258 [quando — temporis adverbium], ut — Ennius l. XVI XIII Macrob. VI, 4, 19 quod dixit (Verg. aen III, 585, 6) 'nec lucidus aethra siderea polus' Ennius prior dixerat in sexto decimo XIV Philargyr. in georg. IV, 230 ore fave. cum religione et silentio accede. in XVI Ennius Serv. in georg. I, 18 cd. Lemovicensis: non numquam favere et pro tacere (*ita docti*, tegere *cd. Lemovicensis*) ponitur, ut idem Ennius (Ennius *Daniel*, en iuris *cd.*): ore faventes XV Prisc. 891 vetustissimi — tam producebant quam corripiebant supra dicti verbi (tutudi) paenultimam. Ennius in XIIII — ecce hic corripuit. idem in XVI XVI Macrob. VI, 1, 53 (aen. XII, 492) apicem tamen incita summum hasta tulit. Ennius in XVI XVII Fest. 333 speres antiqui pluraliter dicebant, ut Ennius l. II —

437 pulo *vel* sulo *in codice legi et absumptam syllabam vi corrosiva litterae S in opposito eiusdem folii latere refert O. Mueller. nec tamen syllaba intercepta, sed littera* cotibus *docti*, contibus *cd. de Varrone supra dictum* 439 *ante* nox *add.* solis *in G L K* 444 protecti *C*, tecti *Vatic.* 445 ingenio *corruptum; videtur latere nomen proprium* dextrum *Me*, dextra *cdd.* asta *D*

XVIII l

noli sperando cupide rem prodere summam.

XIX m*

undique conveniunt velut imber tela tribuno,
configunt parmam, tinnit hastilibus umbo,
aerato sonitu galeae. sed nec pote quisquam
undique nitendo corpus discerpere ferro.
semper adundantes hastas frangitque quatitque.
totum sudor habet corpus multumque laborat,
nec respirandi fit copia: praepete ferro
Histri tela manu iacientes sollicitabant.

XX n*

et tum sicut equus qui de praesepibu' fartus
vincla suis magnis animis abrupit et inde
fert sese campi per caerula laetaque prata
celso pectore, saepe iubam quassat simul altam,
spiritus ex anima calida spumas agit albas.

XXI o

tum timido manat ex omni corpore sudor.

XXII p

concidit; et sonitum simul insuper arma dedere.

XXIII q

prandere iubet horiturque.

et l. XVI XVIII Fest. 229 prodit — item perdit, ut Ennius l. XVI (eadem fere Paul. 228) XIX Macrob. VI, 3, 2 Homerus de Aiacis forti pugna ait (Il. XVI, 102 sqq.): *Αἴας δ' οὐκέτ' ἔμιμνε· βιάζετο γὰρ βελέεσσι· δάμνα μιν Ζηνός τε νόος καὶ Τρῶες ἀγαυοὶ βάλλοντες, δεινὴν δὲ περὶ κροτάφοισι φαεινὴ πήληξ βαλλομένη καναχὴν ἔχε· βάλλετο δ' αἰεὶ κὰπ φάλαρ εὐποίηθ'· ὁ δ' ἀριστερὸν ὦμον ἔκαμνεν ἔμπεδον αἰὲν ἔχων σάκος αἰόλον· οὐδ' ἐδύναντο ἀμφ' αὐτῷ πελεμίξαι ἐρείδοντες βελέεσσιν, αἰεὶ δ' ἀργαλέῳ ἔχετ' ἄσθματι, κὰδ δὲ οἱ ἱδρὼς πάντοθεν ἐκ μελέων ῥέεν ἄσπετος οὐδέ πῃ εἶχεν ἀμπνεῦσαι, πάντῃ δὲ κακὸν κακῷ ἐστήρικτο* hunc locum Ennius in XVI (*ita M*, in XII *P*, in quinto decimo *alii libri*) ad pugnam Caelii tribuni his versibus transfert XX Macrob. VI, 3, 7 Homerica descriptio est equi fugientis in haec verba (Il. VI, 506 sqq.) *ὡς δ' ὅτε τις σταθὸς ἵππος ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ δεσμὸν ἀπορρήξας θείῃ πεδίοιο κροαίνων, εἰωθὼς λούεσθαι ἐυρρεῖος ποταμοῖο κυδιόων· ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται ὦμοις ἀίσσονται· ὁ δ' ἀγλαίηφι πεποιθώς, ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει μετά τ' ἤθεα καὶ νόμον ἵππων* Ennius hinc traxit (l. XVI adscr. M) XXI Macrob. VI, 1, 50 (aen. III, 175) tum gelidus toto manabat corpore sudor. Ennius in XVI XXII Macrob. VI, 1, 24 (aen. X, 488) corruit in vulnus. sonitum super arma dedere. Ennius in XVI XXIII Diomed.

449 noli *M*, non in *cdd. Festi et Pauli* 454 adundantes *Castricomius*, habundantes *P* 459 animis *om. P* 463 tunc *P cum libris plerisque* 464 simul

XXIV r (α)*

-v-v-v-v- vertunt crateras ahenos.

XXV (β)**

olli crateris ex auratis hauserunt.

XXVI s*

rex deinde citatus
convellit sese.

XXVII t

navorum imperium servarest induperantum.

XXVIII u

aestatem autumnus sequitur, post acer hiemps it.

XXIX v*

Macrob. VI, 2, 32 item de Pandaro et Bitia aperientibus portas (aen. IX, 672 sqq.) locus acceptus est ex libro XVI (*ita M*, quinto decimo *v*) Ennii, qui inducit Histros duos in obsidione erupisse porta et stragem de obsidente hoste fecisse.

XXX (α)*

clamos ad caelum volvendu' per aethera vagit.

XXXI x (β)

qui clamos oppugnantis vagore volanti.

XXXII (γ)*

-v-v-v-v- animus cum pectore latrat.

378 'hortatur' — veteres nonnulli 'horitur' dixerunt, ut Ennius sexto decimo annalium XXIV Serv. in aen. IX, 164 v. c. a.: potantes exhauriunt; et est hemistichium Ennianum l. XVI adscr. M XXV Censorinus qui falso dicitur 2727 (98 Iahn.) — duodecasyllabos spondiazon: olli e. q. s. (spondiazon olli *Iahnius;* pondiagon . . . olli *Colon.*, spondiacon *Vatic.*) Ennio adscr. docti XXVI Serv. aen. XI, 19 vellere signa — alii vellere movere accipiunt. Ennius (l. XVI adscr. M) XXVII Festus 166, 68 navus — Ennius l. VI — et l. XVI XXVIII Prisc. 647 acer et alacer — acris et alacris — in utraque — terminatione communis etiam generis inveniuntur prolata — Ennius in XVI Serv. in aen. VI, 685 de feminino alacer et acer numquam dicimus, licet Ennius dixerit: aestatem e. q. s. Incerti auct. explanatio in Donatum (IV, 491 K): quaeritur utrum acris dicamus, an acer; Ennius enim dixit 'post acer hiems' XXX Varro VII, 104 (ab animalium vocibus tralata in homines) minus aperta ut — Ennii — ab aedo XXXI Fest. 375 vagorem pro vagitu li. XVI XXXII Varro VII, 103 sq. multa ab animalium vocibus tralata in homines — perspicua ut Enni: animus e. q. s. — minus aperta ut — Enni — eiusdem a

om. P 466 *cf. v. E. pg. 196* 467 crateris *Cauchius;* craterib; (aterib; *in rasura*) *Colon.* 470 insuperantum *cd., corr. Scal.* 471 sequitur *om. ap. Serv.* hiems *pars cdd. Prisc. et Serv.* it *A G M*, sit *rell.; om. cdd. Prisc. et expl. in Don.;* fit *Fabricius* 472 clamos *Lachm. ad Lucr. VI, 1260*, clamor *v* per aera *Lachm.* 473 clamos *Lachm. l. m.*, clamor *cd.*

XXXIII (δ)*

475 -v-v-v-v-v-v-v- clamore bovantes.

XXXIV (ε)*

-v-v-v-v- pausam fecere fremendi.

XXXV

Charis. 107 'hebem' Caecilius in *Ὑποβολιμαίῳ* — Ennius XVI . . . . (*lacunam indicavit Keil.*), ubi Flavius Caper: non ut adiectivo (adiunctivo *cd.*), sed appellativo est locutus.

Liber XVII.

I a*

audirest operae pretium, procedere recte
qui rem Romanam Latiumque augescere vultis.

II b

noenu decet mussare bonos, qui facta labore
480 nixi militiae peperere perennia multo.

III c*

Gell. XVII, 21, 43 Claudium et Tuditanum consules secuntur Q. Valerius et C. Mamilius, quibus natum esse Q. Ennium poetam M. Varro in primo de poetis libro scripsit eumque, cum septimum et sexagesimum (s . . . . agesimum *Petav., Magl.*) annum haberet, XVII (*ita M, cdd.* XII *vel* duodecimum; *in Voss.* X *ut vid. ante* XII *eras.*) annalem scripsisse, idque ipsum Ennium in eodem libro dicere.

bove — eiusdem a leone I Porphyr. ad sat. I, 2, 37 'audirest operae pretium, procedere recte qui moechos (moechis *al.*) non vultis, ut omni parte laborent'. urbane abutitur Ennianis versibus. ille enim ait — sed illud urbanius, quod cum Ennius 'vultis' dixerit, hic 'non vultis' intulerit v. altero usus est Varro in sat. *περὶ διαθήκης* ap. Non. 478, 17 huc rett. M II Philargyr. in georg. IV, 188 mussant — quae vox ponitur in tacendi significatione, ut apud Ennium in XVII: non — peperere Paul. 144 mussare — vulgo pro tacere dicitur ut idem Ennius: 'non decet mussare bonos' huc rett. O. Mueller in comm. ad Festum 384 cf. F Serv. in aen. XII, 657 Ennius 'musare' (*non* mussare) pro

475 clamorem *Flor.* 476 facere *id., corr. C* 478 alciscere *cdd. Non.; ap. quem* augescere *Gifanius*, augiscere *Merc.* 479 non possunt mussare boni *Philarg.* noenu *Vahlenus* 479 480 facta l. nixi militiae *I. Dousa*, factam l. enixi militiam *Vatican.* perennia multo *add. M*

IV d*

hic ut fortis equus, spatio qui saepe supremo
vicit Olympia, non senio confectu' quiescit.

V*

Lunai portum, est operae, cognoscite cives.

VI a

it eques et plausu cava concutit ungula terram.

VII b

485 -⏑⏑- dux ipse vias.

VIII c

concava sub montei late specus intu' patebat.

IX d

tollitur in caelum clamos exortus utrimque.

X e

concurrunt veluti venti, cum spiritus austri
imbricitor aquiloque suo cum flamine contra
490 indu mari magno fluctus extollere certant.

'tacere' posuit IV Cic. Cat. 5, 14 sua enim vitia insipientes et suam culpam in senectutem conferunt, quod non faciebat is, cuius modo mentionem feci, Ennius: hic — quiescit. equi fortis et victoris senectuti comparat suam huc rett. M V Persius 6, 9 sqq. 'Lunai' e. q. s. cor iubet hoc Enni, postquam destertuit esse Maeonides Quintus pavone ex Pythagoreo l. XVII adscr. M VI Macrob. VI, 1, 22 (aen. VIII, 596) quadrupedante e. q. s. Ennius in VI — idem in VIII — idem in XVII VII Prisc. 679 primae declinationis genetivum etiam in as more Graeco solebant antiquissimi terminare — Livius in odyssia — Naevius in carmine belli Punici — Ennius in XVII annali VIII Non. 222, 33 specus gen. masc. — feminino Ennius annalium lib. XVII Fest. 343 specus feminino genere pronuntiabant antiqui — ut Ennius Prisc. 713 (specus) feminino quoque genere invenitur — Ennius in XVII annalium cf. etiam Serv. in aen. VII, 568 (specus) apud maiores trium generum fuit. Ennius feminino posuit IX Macrob. VI, 1, 21 (aen. XI, 745) tollitur in caelum clamor — Ennius in XVII X Macrob. VI, 2, 28 (aen. II, 416 sqq.) diversi magno ceu quondam turbine venti confligunt zephy-

481 hic ut *Aemilius Baehrensius*, sicut *vel* sicuti *cdd.* 482 non *M*, nunc *v* 483 luni *Montepessulanus* 212, *Vatic.* cognoscere *Montep. 125* 486 tum cava *Prisc.* tum causa *cd. Festi* montei *O. Muellerus*, montis *libri Non.*, monte *rell.* late sp. *Prisc.* (specus late *L*); latet sp. *cdd. Non.* alte sp. *cd. Festi* inius *cd. Festi* petebat *L Non. et m. 2 H ap. Serv. Fabric. add. haec:* sub monte specus altae 487 clamos *Lachm. ad Lucr. VI, 1260*, clamor *v* utrimque *Me*, utrisque *cdd.* 490 indu *Me*, inde *cdd.*

XI f (α)

-⏑⏑-⏑⏑-⏑⏑- neque corpora firma
langiscunt quicquam.

XII (β)*

cum soles tandem faciunt langiscere longei.

Liber XVIII.

I

degrumare forum.

II

495 -⏑⏑-⏑⏑-⏑⏑-⏑⏑- aere fulva.

Incertorum Librorum Reliquiae.

I (α)

cum legionibu' cum proficiscitur induperator.

II (β. α)

olli cernebant magnis de rebus agentes.

III (β)

Serv. in aen. XI, 236 olli convenere. 'olli' illi, secundum Ennium.

IV (γ)

et pede pes premitur atque armis arma teruntur.

rusque notusque et laetus eois eurus equis. Ennius in XVII XI XII Non. 134, 19 langiscere langidum fieri vel frangi (*ita Hugius*, longiscere longum fieri vel frangere *cdd.*). Ennius libro XVII — idem I Non. 63, 8 grumae sunt loca media, in quae directae quattuor congregantur et conveniunt viae. est autem gruma mensura quaedam, qua fixa viae ad lineam deriguntur (*cdd.* diriguntur), ut est agrimensorum et talium. Ennius libro XVIII [gruma derigere] dixit degrumare forum (*ita Vahlenus*, degrumari ferrum *cdd.*) II Gellius XIII, 21, 13 Ennius item rectos cupressos dixit — contra vero idem Ennius in annali duodevicensimo a. f. dixit, non fulvo, non ob id solum, quod Homerus ἠέρα βαθεῖαν dicit, sed quod hic sonus, opinor, vocalior (vocabilior *cdd.*) visus et amoenior I Cassiodorius 2318 'cum' praepositio per c scribenda est; 'cum' adverbium temporis, quod significat 'quando', per q discretionis causa, ut apud Ennium II Serv. in aen. XII, 709 inter se coiisse viros et cernere ferro. vera et antiqua haec est lectio. nam Ennium secutus est qui ait IV auct. bell.

492 langiscunt *Hugius*, longiscunt *v* 493 soles tandem *Vahlenus*, sola est eadem *cdd.* facient *L*, faciunt *G H* langiscere *Hugius*, longiscere *v* longei *M*, longe *v* 496 quum *Cassiod.* indup. *v*, imperator *cdd.* 497 obli *F* agentis *F A*, agentibus *R H* 498 et pede pes premitur *M;* premitur pede pes *Vahlenus, qui et* atque *addidit* arma ter. *Me*

V (δ)

impetus haut longe mediis regionibu' restat.

VI (ε)*

miscent foede flumina candida sanguine sparso.

VII (ζ)*

qua murum fieri voluit, urguentur in unum.

VIII (η)

spiras legionibu' nexit.

IX (ϑ. α)

equitatus

ut celerissimus.

X (β)

exin per terras postquam celerissimu' rumor.

XI (ι)

– ◡ ◡ decretumst fossarei corpora telis.

XII (ϰ)

Verg. aen. XI, 608 sqq. iamque intra iactum teli progressus uterque substiterat. subito erumpunt clamore furentisque exhortantur equos; fundunt simul undique tela, crebra nivis ritu, caelumque obtexitur umbra. ubi Servius: Enniana est omnis haec ambitiosa descriptio.

XIII (λ)

nam me gravis impetus Orci

percutit in latus.

Hispan. cap. 31 hic, ut ait Ennius, pes pede premitur, armis teruntur arma V Fest. 282, 285 restat pro distat ait Verrius (*om. cd.*) Ennium ponere, cum is dicat VI Diomed. 498 partipedes (versus) sunt, qui in singulis pedibus singulas orationis partes adsignant, ut: miscent e. q. s. Ennio adscr. M VII Non. 418, 4 urguere est premere, cogere — Varro antiquitatum vel (*cdd.* antiquitate) rerum humanarum: qua e. q. s. Ennio v. adscr. Popma VIII Festus 330 s. l. spira. Ennius — hominum multitudinem ita appellat, cum ait: spiras e. q. s. cf. et Paul. 330 s. v. spira IX Charis. 64 celer celerior celerrimus facit — nam quod Ennius ait: equit. e. q. s., barbarismus est X Prisc. 760 celerissimus pro celerrimus protulerunt — Ennius in annalibus XI Varro VII, 100 apud Ennium: decr. e. q. s. hoc verbum Ennii dictum est a fodiendo; a quo fossa XIII Serv. Danielis in aen. I, 81 sq. cavum conversa cuspide montem inpulit in latus. alii 'in latus' pro 'latus' accipiunt. Ennius

499 haut *v*, aut *cd.* 500 foede *Monac. m. 2*, fida *rell.* sparso; *puto* salso 501 urgentur *Popma*, urguemur *L Genev.*, urgemur *G H* 504 celerissimus *v*, celerrimus *cd.*; *puto olim fuisse:* – ◡ ◡ – equitatus uti celerissimus – ◡ 505 exit *Me* 506 decretum est fossari *C*, decretum est stare *Flor.*

XIV (μ)

tum laterali' dolor certissimu' nuntiu' mortis.

XV (ν)

oscitat in campis caput a cervice revulsum
semanimesque micant oculi lucemque requirunt.
cumque caput caderet, carmen tuba sola peregit,
et pereunte viro raucum sonus aere cucurrit.

XVI (ξ)

viresque valentes

contutudit crudelis hiemps.

XVII (ο)

nostri cessere parumper.

XVIII (π)

exspoliantur eos et corpora nuda relinquunt.

XIX (ϱ)

et detondit agros laetos atque oppida cepit.

XX (σ. α)

atque atque accedit muros Romana iuventus.

XIV Max. Victorin. 1963 Ennius quoque ait 'vita illa dignus locoque', quasi 'dignu locoque' dixerit. similiter Lucilius ait: t. lateralis d. certissimus nuntius m. pro t. laterali d. certissimu nuntiu m. permutata inter se locis Ennii Luciliique nomina admodum probabiliter statuit Iac. Beckerus. XV Serv. aen. X, 396 semanimesque micant digiti ferrumque retractant. Ennii est ut: oscitat — requirunt Lactant. in theb. XI, 56 carmen tuba sola peregit. Ennius: cumque — cucurrit utrumque frgm. coniunxit M; iam ante, sed inverso ordine Me XVI Prisc. 891 (cum ante posuisset exempla correptae in verbo quod est 'tutudi' paenultimae) idem (Ennius) in annalibus: viresque — hiems. hic produxit paenultimam XVII auct. belli Hispaniens. 23 hic tum, ut ait Ennius, n. c. p. XVIII Donat. 1769 soloecismus — per significationes, sicut: spol. e. q. s. pro 'spoliant' afferunt eundem v. in eadem re commonstranda Pompeius V, 291 K; auct. explan. in Donat. II; IV, 564 K Ennio adscr. C XIX Prisc. 868 detondeo, detondi. vetustissimi etiam 'detotondi' protulerunt. Ennius in annalibus — at Varro in magno talento: detotonderat e. q. s. XX Gell. X, 29, 1 sq. 'atque' particula — si gemina fiat, auget intenditque rem, de qua agitur, ut animadvertimus in Q. Enni annalibus, nisi memoria in hoc versu labor Non. 530, 3 'atque' particula — multam habet significantiam, ut vel illud est Enni: atque e. q. s.; quod est: festine et intrepidanter accedit

511 semianimesque *Serv.* 512 cap̃ *Monac. 6396 Lact.* 515 contutudit *M*, contudit *Priscian.* hiemps *B D*, hiems *rel.* 517 exspoliantur *edd. antiquae Don., C;* spoliantur *cdd. ubique* 518 detondit *B m. 2*, detotondit *libri plerique*, detotundit *D* 519 *haud dubie memoria lapsus est Gellius* adque *m. 1 L* atque *alterum, quod corruptum est, om. cdd. Non., Reg. Gell.; id. superscr. in Voss.* accendit *cdd. Non.;* ascendit *edd. quaed. hic et supra*

XXI (τ. β)

optima cum pulcris animis Romana iuventus.

XXII (υ. γ. α)

cum sese exsiccat somno Romana iuventus.

XXIII (β. α)

pandite sulti' genas et corde relinquite somnum.

XXIV (β)

Serv. in aen. VI, 686 genis, palpebris. Ennius de dormiente: inprimitque genae genam (inprimit *cd. M;* genaeque *id.;* rene *H.* — *verba graviter interpolata*).

XXV (γ)

Isidor. orig. XI, 1, 108 sq. genua sunt commissiones femorum et crurum, et dicta genua, eo quod in utero sint genis opposita. cohaerent enim ibi et cognata sunt oculis, lacrimarum indicibus et misericordiae. nam a genis genua dicuntur. denique complicatum gigni formarique hominem dicunt, ita ut genua sursum sint, quibus oculi formantur, ut cavi et reconditi fiant. Ennius: adque genua conpremit arta (*fortasse* apta) gena (adque *Guelferb.*, atque *rell.;* conpraemit *Guelf.*, *item m. 1 Frising.*, conpremit *Paris. 13027;* conprimit *Fris. m. 2*, comprimit *Par. 13028.* — genua *Paris. 13027.* — *haec graviter interpolata*).

XXVI (φ)

Plin. nat. hist. XVIII, 8, 83 pulte autem, non pane vixisse longo tempore Romanos manifestum, quoniam et pulmentaria hodieque dicuntur. et Ennius, antiquissimus vates, obsidionis famem exprimens offam eripuisse plorantibus liberis patres commemorat (*verba Ennii haec fere fuerunt:* eripuere patres offam plorantibu' natis).

XXVII (χ)

fortis Romani ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

– ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – quamquam caelu' profundus.

XXI Donat. in Ter. Phorm. III, 1, 1 cum istoc animo pro 'huius animi'. Ennius XXII Lact. in theb. VI, 27 'et cornu fugiebat Somnus inani'. sic a pictoribus simulatur, ut liquidum somnum ex cornu super dormientes videatur effundere. sic Ennius XXIII Fest. 343 sultis si voltis significat — Ennius: pandite e. q. s. (eadem fere Paulus 342) Paul. 94 genas Ennius palpebras putat, cum dicit hoc: pandite e. q. s. XXVII Non. 197, 9 caelum neutro. masculino — Ennius

520 quom *ed. Rom.* pulcris *Oxon.* *id.* annis 522 sulti genas *Paul. 342;* sulpigenas *libri eiusd. 94;* suetigenias *cd. Festi 343*

XXVIII (ψ)

– ⏑ ⏑ – dictis Romanis incutit iram.

XXIX (ω)

nec metus ulla tenet, fretei virtute quiescunt.

XXX (αα)*

at Romanus homo, tamenetsi res bene gestast,
corde suo trepidat.

XXXI (ββ. α)

– ⏑ ⏑ fortunasque suas coepere latrones
inter se memorare.

XXXII (β)

tunc coepit memorare simul cata dicta.

XXXIII (γγ)

Marsa manus, Peligna cohors, Vestina virum vis.

XXXIV (δδ)

Hispane, non Romane, memoreti' loqui me.

XXXV (εε. α)

perculsi pectora Poeni.

Charis. 55 caelum — etiam masculine veteres dixerunt, ut Ennius — item: quamquam e. q. s. fortasse apud Nonium alterum exemplum caeli masculine positi haustum et illa 'quamquam c. prof.' plane secernenda a superioribus XXVIII Serv. cd. Cassell. in aen. I, 69 incute vim ventis. Ennius XXIX Non. 214, 10 metus masculini — feminini (*om. cdd.*) Ennius XXX Cic. de orat. III, 42, 168 intellegi volumus — ex uno plures: at e. q. s. XXXI Non. 134, 29 latrocinari, militare mercede — Ennius XXXII Varro VII, 46 quod est: tunc — dicta, accipienda acuta dicta XXXIII Charis. 251 schesis onomaton — ut: Marsa e. q. s. ut eiusdem exemplum figurae memoratur v. a Diom. 441; Donat. 1774; Pomp. V, 303 K ab interpolatoribus olim erat additus Bedae rhetor. 610 Halm., ubi etiam agitur de schesi onomaton cf. auct. explan. in Don. II (IV, 565 K): Enni versus est . . . . . omnes partes orationis — nomina sunt — eiusdem Enni versus est: tute Tati e. q. s. Ennio adscr. C XXXIV Charis. 180 Hispane Ennius annalium libro: Hispane e. q. s. Fest. 286 [Romanos in l. XI annal. Graio]s appellat Ennius — idem [H]ispane (ispani *cd.*) non Ro . . . . eund. quem a Char. hic a Festo vers. allatum intellexit C XXXV refert C hoc hemistichium sibi missum Cosentia a Fabio Aquinate, qui id ex codice vetustissimo interpretis Statii excerpserit. et huius quidem nomen prorsus ignorari, sed utique eum non esse Lactantium

525 incutit *Commelinus*, inculit *Cassellan.* 526 nec *Mercerus*, ne *m. 1 L*, *id.* 2 n. i., ni *rell.* tilla *pro* ulla *G* freti *Merc.*, rite *G H;* tenne triae *pro* tenet rite *L* 527 ut *Erlangens. alter*, *id.* tametsi 529 suas *Mercerus*, quas *cdd.* 530 inter serare *L* 531 cepit *F* memorari *id.; corr. Scal.* 532 magna *Pomp.* festina *libri ubique*, *corr. I. Dousa* rum vis *cd. Char.*

XXXVI (β)

succincti corda machaeris.

XXXVII (ζζ)*

rex ambas intra fossam retinere coëpit.

XXXVIII (α)

at tuba terribili sonitu taratantara dixit.

XXXIX (β)

iam cata signa fere sonitum dare voce parabant.

XL (γ)

inde loci lituus sonitus effudit acutos.

XLI (δ)

euax . . . . . lituus.

XLII (ε)

succincti gladiis media regione cracentes.

XLIII (ζ)

incedit veles vulgo sicilibu' latis.

XLIV (η)

⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – levesque secuntur in hastis.

XLV (ϑ)

– ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – runata recedit.

XXXVI Serv. in aen. IX, 678 armati ferro: aut bene instructi armis aut, ut Asper dicit, ferrea corda habentes, id est dura et cruenta cogitantes, ut Ennium sit secutus, qui ait XXXVII Plot Sacerd. VI, 468 K s. l. synecdoche — per id quod dicitur illud quod sequitur, ut (*om. cd.*): rex e. q. s.; subauditur enim 'manus'. Ennio adscr. hunc v. Lachm. in Lucr. IV, 619 XXXVIII Prisc. 842 in nominationibus sive *ὀνοματοποιίαις* sive nominum seu verborum novis conformationibus non omnes declinationis motus sunt quaerendi ut — taratantara Ennius Serv. in aen. IX, 501, 2 at tuba terribilem sonitum procul aere canoro increpuit. hemistichium Ennii: nam sequentia iste mutavit. ille enim ad exprimendum tubae sonum ait: t. d. XXXIX Varro VII, 46 apud Ennium: iam e. q. s. cata acuta XL Paul. 116 lituus appellatus quod litis sit testis — Ennius XLI Char. II, 16 de interiectione pg. 213 euax Plautus in Bacchidibus: euax aspersisti aquam fili nuntio. Ennius annalium libro (liber excerpta *Caucheniana*) . . . aquas istas pensa lituus (*ita exc. Cauch.*, aquast aspersa Latinis *Neapol.*) apparet prioris cd. testimonio eis quae sunt 'aspersisti aquam' in margine notatis a lectore aliquo et deinde in Ennii versum traductis huius verba expulsa XLII Paul. 53 cracentes, graciles. Ennius thesaur. nov. Latinit. ap. A. Maium auct. class. VIII, 151 cracentes, graciles, exiles. Ennius XLIII Paulus 337 siciles (silices *M*) hastarum spicula lata. Ennius XLIV Serv. ad aen. V, 37 horridus in iaculis; in hastis Ennius: levesque e. q. s. XLV Paul. 263 runa genus teli significat. Ennius: r. r., id est pilata

535 sua intus maceriis *F* 536 ambas *ed. Vindobonensis;* amus *cd.* intra *M*, ultra *cd.* ultra f. protendere coepit *Lachm. l. supra mem.* 540 sunt multi gladii mea dia *thesaur.* gracentes *Fruterius*

XLVI (ι)

teloque trabali.

XLVII (κ)

– ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – heia machaeras!

XLVIII (λ)

versat mucronem.

XLIX (μ. α)

– ⏑ – ⏑ – ⏑ – saxo cere comminuit brum.

L (β)

– ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – endo suom do.

LI (γ)

– ⏑ – ⏑ – ⏑ – divum domus altisonum cael.

LII (δ)

– ⏑ – ⏑ – ⏑ – repleat te laetificum gau.

LIII (ν)

quae valido venit contorta falarica missu.

LIV (ξ)

aut permaceret paries percussu' trifaci.

XLVI cd. F Serv. in aen. XII, 294 teloque — trabali. Ennius XLVII Servius in aen. IX, 37 hostis adest, heia! hic distinguendum, ut heia militum sit properantium clamor; et est Ennianum, quia ait: h. m. (qui it heia macheras *Lugd. b*, quia iam machaera *Reg.*) XLVIII cd. F Serv. in aen. IX, 744 hoc telum, mea quod vi dextera versat. versat, librat, iactat. et est Ennianum XLIX Inc. auct. explan. in Don. l. II (IV, 565 K) tmesis. Ennius: et saxo e. q. s. Servius in aen. I, 412 circum dea fudit: figura est tmesis — sed hoc tolerabile est in sermone composito. ceterum in simplici nimis est asperum, quod tamen faciebat antiquitas ut (ut in illo Ennii *Fabricius;* '*locus in Servio manuscripto Sertorii Quadrimani aperte ex Ennio affertur' C*) eodem tmesis exemplo utuntur auctore non nominato Donat. 1777; Pompei. V, 310 K L—LII Auson. technopaegnium 17—19 unde Rudinus ait: d. d. a. c. et cuius de more quod adstruit (*ita cdd. Tilian., Cantabrig., ed. princ.*, addidit *Vossian.*): e. s. d. aut de fronde loquens cur dicit: populea frus? — ib. 1 sqq. e logodaedalia strides modo qui nimium trux, frivola condemnas nequaquam, cum pretiost merx. Ennius ut memorat, r. t. l. g., livida mens hominum concretum felle coquat pus *v. 3 post v. 19 collocatus in Til., Cantabr., ed. princ. et ita scriptus:* et quod nonnumquam presumit laetificum gau illud 'endo suam do' etiam afferunt Ennio non memorato ut apocopes syllabae exemplum Charis. 249; Diom. 436; Prob. 1438; Mar. Vict. 2499; Consentius V, 388 K LIII Non. 555, 15 falarica, telum maximum — Ennius LIV Paul. 367 trifax (triphax

549 trabalim *F* 550 *conf. supra* 553 endo suom do *M* endo suam hoc est modum (domum *v*) *Neapol. Char.;* indo ibam pro in domum ibam *excerpta Char. Lugdunens.* namque suam do *Prob.* endo suado *Victor. Paris. 1753;* indo suado *eiusd. 7539* tetendit suam do (ut: endo suam do *Vahlenus*) *cd. Cons.* 555 repleat *Voss.*, replet *v* letificum *Voss.* 556 val. v. c. f. m. *Iunius*, valide veniunt fal. (fallarica *H*) missa *cdd. pler.*, qua valida *Montepessul.* *fortasse* quoi — nisu 557 *illa* aut permaceret *corrupta*

LV (*o*)*

machina multa minax molitur maxima muris.

LVI (*π*)

indignas turres.

LVII (*α*)

idem campus habet textrinum navibu' longis.

LVIII (*β*)

navibus explebant sese terrasque replebant.

LIX (*γ*)*

ferme aderant ratibus repentibus aequore in alto.

LX (*δ*)

ratibusque fremebat

imber Neptuni.

LXI (*ε*)*

- - - - - trabes remis rostrata per altum.

LXII (*ζ*)

labitur uncta carina per aequora cana celocis.

LXIII (*η*)

multa foro ponit et agoea longa repletur.

Monac., *Guelferb.*) telum longitudinis trium cubitorum, quod catapulta mittitur. Ennius LV Diomed. 441 parhomoeon fit, cum verba similiter incipiunt, ut: machina e. q. s. Ennio adscr. M LVI Serv. in buc. 10, 10 indigno; vel meretricio vel magno. nam et Ennius ait: i. t., id est magnas LVII cd. F Serv. in aen. XI, 326 loca in quibus naves fiunt — textrina dicuntur. Ennius dicit: idem e. q. s. Cic. orat. 47, 157 isdem campus habet, inquit Ennius, et: in templis isdem. at eisdem erat verius, nec tamen probavit ut opimius LVIII Serv. in aen. VI, 545 'explebo' est 'minuam'. nam ait Ennius LIX Varro VII, 23 ferme e. q. s. aequor mare appellatum — ratis navis longas dixit Ennio adscr. Ilbergius LX Serv. in aen. XI, 299 fremunt ripae. antiqui aquae sonitus fremitus dicebant. Ennius idem locus affertur ad georg. I, 12 LXI Varro VII, 33 dictum a quibusdam, ut una canes, una trabes: trabes e. q. s. Ennii annalibus adscr. C LXII Isid. XIX, 1 celoces (celones *v*), quas Graeci *κέλητας* vocant, id est veloces biremes vel triremes, agiles et ad ministerium aptae Ennius thesaur. nov. latin. ap. A. Maium auct. class. VIII, 174 celox vel celonis velox dicitur navis. Ennius LXIII Isid. XIX, 2 agea viae sunt vel loca in navi per quae ad remiges hortator accedit; de qua Ennius thesaur. nov. Latin. ap. A. Maium auct. class. VIII, 29 item ab ago agea, _ eae, id est locus in navi, per quem ad remos

558 molitur *M*, minatur *cdd.* 559 turras *Lemovicens. solus* 560 item *F* isdem *cd. Erlang. orat. atque ipse Cic.* 562 rat. rep. aeq. in a. *Ilbergius*, aeq. in a. rat. rep. *cdd.* 565 trabes *add. Spengel.* 566 lavitur cuncta *Guelf.* aecora Paris. *3027*, *item m. 1 Fris. 13028*; ecora *m. 1 Fris.* per aequoraque alta *thes.* celonis *id. cum edd. antiquior. Isid.* 567 ponit *C*, punit *Guelf.*, ponet *Fris.*, *Paris. 13028*, monet *13027* repleto *Paris. 13027*, *13028*; *sed in hoc corr. m. 2* et *om. Guelf.* agea *cdd. Is.*; ponens ageaque *thes.*

LXIII (*ϑ*)

Glosae Labbaei: aplustra, *πτερὸν πλοίου, ὡς Ἔννιος.*

LXIV (*ι*)

dum clavum rectum teneam navemque gubernem.

LXV (*ϰ*)

tonsillas apiunt, configunt litus aduncis.

LXVI (*λ*)

fluctusque natantes.

LXVII (*μ*)

atque manu magna Romanos inpulit amnis.

LXVIII (*α*)*

contremuit templum magnum Iovis altitonantis.

LXIX (*β*)

inde patefecit radiis rota candida caelum.

LXX (*γ*)

vix sol iam conplere cohum terroribu' caeli.

acceditur. unde Ennius LXIV Isid. orig. XIX, 2 clavus est quo regitur gubernaculum, de quo Ennius: dum e. q. s. Quint. II, 17, 24 nam et gubernator vult salva nave in portum pervenire. si tamen tempestate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator, dicetque notum illud: dum — teneam LXV Isid. orig. XIX, 2 tonsilla uncinus ferreus vel ligneus, ad quem in litore defixum funes navium illigantur. de quo Ennius LXVI Serv. in aen. VI, 705 praenatat, praeterfluit; et contrarie dicitur. nam non natant aquae, sed nos in ipsis natamus. Ennium igitur secutus est, qui ait LXVII schol. Veronens. in aen. V, 241, 2 et pater ipse manu magna Portunus euntem inpulit. Ennius LXVIII Varro VII, 7 caelum qua attuimur dictum templum. sic: contr. e. q. s. Ennio tribuere docti LXIX Isid. orig. XVIII, 36 rotis quadrigas currere dicunt — propter solem, quia volubili ambitu rotat, sicut ait Ennius. huc resp. Serv. in aen. VI, 748 rotam volvere per annos. exegerunt statutum tempus per annorum volubilitatem. est autem sermo Ennii LXX Isid. de natura rerum cap. 12 partes eius (caeli) hae sunt: cous, axis e. q. s. cous est quo caelum continetur.

568 dum *Quintil.*, ut *Isid.* clavum *om. Guelf.*; clabum r. teniam *Paris. 13027 et 13028*; *sed in hoc utrumque corr.* navemque *Parisini*, *Guelf.*, *Fris.*, navimque *v* governem *Guelf.* 569 tonsillas apiunt *Guelf.*, tonsillam sapiunt *Parisini*, tonsillas rapiunt *Frising.* confingunt *Paris. 13027* aduncis *M*; *sequebatur ut puta* dentibus; aduncias *Guelf.*, aduncas *rell.* 573 patefacit *Parisini*, *Guelf.*, *non Frising.* candita *Guelf.* 574 sol iam *M*, solum *cdd.* complere *Bamberg. prior* choum *Bambergens. prior*, cous *Bamb. alter Scal. ad Fest.* (*pg. 39 M*) *hunc locum ita scriptum refert in quadam veteri membrana*: pilam vix sol mediam complere c. t. c.

LXXI (α. α)

adgretu' fari.

LXXII (β)*

egretus.

LXXIII (β)

quaerunt in scirpo, soliti quod dicere, nodum.

LXXIV (γ)

haud temerest, quod tu tristi cum corde gubernas.

LXXV (δ)

tibi vita

seu mors in mundost.

LXXVI (ε)

ausus es hoc ex ore tuo?

LXXVII (ζ)

irarum effunde quadrigas.

LXXVIII (η)

– ◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡ ◡ – quo tam temere itis?

LXXIX (ϑ)

aversabantur semper vos vostraque volta.

unde Ennius LXXI LXXII Paulus 6 adgretus. apud Ennium: 'adgretus fari' pro eo quod est 'adgressus' ponitur; quod verbum venit a Graeco ἄγρομαι (*om. cdd.*), surgo id. 78 egretus et adgretus ex Graeco sunt ducta a surgendo et proficiscendo. unde et nyctegresia, quasi noctisurgium LXXIII Fest. 330 scirpum (scriptum *cd.*, scirpus *v*) est id quod in palustribus locis nascitur leve et procerum — inde proverbium est in eas natum res, quae nullius momenti sunt, in scirpo nodum quaerere. Ennius eundem v. affert Isidor. XVII, 9, 97 LXXIV Cd. F Serv. in aen. IX, 329 temere — significat et 'sine causa'. Ennius LXXV Charis. 181 in mundo pro palam et in expedito ac cito. Plautus — Caecilius — idem — Ennius (annalibus adscr. Hermannus praef. Alcest. Eurip. pg. XX) LXXVI Cic. ad Att. VI, 2, 8 ausus es hoc ex ore tuo, ut (*om. cdd.*) inquit Ennius, ut equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem, me rogare? LXXVII Serv. in aen. XII, 499 irarumque omnes effundit habenas — hic moderate locutus est: nam Ennius ait (*ita F;* E. eff. i. q. dixit *rell.*) LXXVIII Cd. F. Serv. in aen. IX, 329 temere significat et facile. Plautus — significat et subito. Ennius quod t. t. i.? [citat e Catone Charisius (196) temere fieri]; *ita M. Hauptius;* citate catomerariis *F sunt autem haec non ipsius scholiastae, sed addita ab interpolatore; quae quidem olim ad illa* temere significat et facile. Plautus *pertinuisse apparet* LXXIX Non.

576 querent *Guelferb. Isid.* quod solet *id.;* quod soliti *Fris., Parisini 13027, 13028* 577 cum mente *Servius Danielis testante Merula* 581 irarum effunde quadrigas *F;* effundit irarum quadrigas *libri rell.* *fortasse* i. effundi' q.? 582 quo t. temere *v*, quod t. te in ere *F* 583 aversabantur *Quicheratus* (avorsabuntur *Scal.*), adversabantur *cdd.* vos *Iunius*, vivos *cdd.* *idem* vulta

LXXX

omnes mortales sese laudarier optant.

LXXXI

non si lingua loqui superet, atque ora decem sint
in me, tum ferro cor sit pectusque revinctum.

LXXXII

nobeis unde forent fructus vitaeque propagen?

LXXXIII

huic statuam statui maiorem obatu Athenis.

LXXXIV

quo sospite liber.

LXXXV

quem non virtutis egentem.

LXXXVI (α)

ingenti vadit cursu, qua redditu' termost.

LXXXVII (β)

hortatore bono prius quam finibu' termo.

230, 15 vultus — neutro — Ennius LXXX Augustin. de trin. XIII, 6 illud etiam quod vetus poeta dixit Ennius: 'omnes — optant' profecto et de se ipso et de eis quos expertus fuerat coniecit id. v. sub Ennii nomine ab eo adfertur ep. 231, 3 LXXXI Schol. Bern. in georg. II, 43, 4 non mihi si centum linguae sint oraque centum, ferrea vox. Homericus sensus (Il. II, 488). sic etiam Ennius: ora decem. plenius verba Ennii tradita in cd. Paris. 7960 LXXXII Non. 64, 31 propages est series — continua vel longe ducta — Ennius id. 221, 5 propago, propages — generis fem. — neutri Ennius LXXXIII Consent. V, 400 K Lucilius: 'ore corupto'; dempsit enim unam litteram per metaplasmum r. et Ennius: huic e. q. s. et hic quoque per metaplasmum dempsit litteram r LXXXIV Fest. 301 s. l. sospes — Ennius vi[detur servatorem signi]ficare, cum dix[it: quo sospite] liber Paul. 300 sospes salvus. Ennius tamen sospitem pro servatore posuit LXXXV Serv. in aen. XI, 27 quem non virtutis egentem. Ennii versus est LXXXVI LXXXVII Fest. 363 termonem Ennius Graeca consuetudine dixit, quem nos nunc terminum, hoc

584 laudari exoptant *edd. epist.* 585 non si *auct. inc. mus. Rhen. XVII, 144;* a i mon s *Paris.* loqui; *fort.* logis superet *M*, saperet *v* atque *Th. Momsenus*, at *cd.* *id.* in metrum; in me, tum *M* pectusque *v*, pecusque *cd.* 587 nobis u. *Iunius*, novis u. *cdd. 64, 31*, boni secunde *L H 221, 5*, bonis unde *H m. 2, G* florent *L 64, 31* propagen *C*, propaginem *cdd. 64, 31;* propagimen *H 221, 5, et ita, sed eraso* i, *L;* propagmen *G* 588 *versus corruptus* obatu, et *add. supra* ob *al. m. cd.* 589 quo sospite *add. Vrsin.* 592 *talia fere ab Ennio venisse existimo:* hortatore bonost opu', quando finibu' termo distat longinquis

LXXXVIII

contempsit fontes, quibu' sese erugit aquae vis.

LXXXIX

Serv. ad aen. II, 274, 5:

ei mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illo Hectore.

ei mihi: Enni versus.

XC

595 sicut siqui' ferat vas vini dimidiatum.

XCI

tantidem quasi feta canes sine dentibu' latret.

XCII

corpore Tartarino prognata Paluda virago,
cui par imber et ignis, spiritus et gravi' terra,
quae cava corpore caeruleo cortina receptat,

* * *

XCIII

600 ⏑⏑⏑– urbis magnas atque imperiosas.

XCIV

Serv. in aen. VII, 683 gelidumque Anienem — hic euphoniam secutus est. nam Ennius 'Anionem' dixit iuxta regulam.

modo: ingenti e. q. s. et: hortatore — termo LXXXVIII Macrob. de verbo (excerpta Bobiens. V, 651 K) eructo — a verbo 'erugit'. Ennius: contempsit e. q. s. eiusd. exc. Paris. V, 626 eructat — a principali: . . . . erugit aquae vis (erugit. Ennius: c. f. q. s. *add. Vahlenus*) XC Gell. III, 14, 5 Q. Ennium scienter hoc in annalibus dixisse ait (Varro): sicuti e. q. s. omnis autem disputationis eius — summa haec est: dimidiatum est quasi dismediatum et in partis duas pares divisum. dimidiatum ergo nisi ipsum quod divisum est dici haut convenit XCI Varro VII, 32 dicta apud veteres una canes itaque Ennius scribit XCII Probus in bucol. 6, 31 hoc (i. e. spiritum) illud (aerem) et Ennius appellavit in annalibus: corpore — terra Varro VII, 37 corpore — virago. Tartarino a Tartaro — Paluda a paludamentis Fest. 359 Tartarino cum dixit Ennius, horrendo et terribili Verrius vult accipi, a Tartaro Varro VII, 48 apud Ennium quae — receptat. cava cortina dicta, quod est inter terram et caelum ad similitudinem cortinae Apollinis iunxit utrumque locum Me XCIII Cic. de r. p. I, 2, 3 equidem quemadmodum u. m. a. i., ut appellat

593 quibu' sese erugit *Vahlenus*, quibus exerugit (*add. supra* e *priore punctis*) *cd.* *fortasse* sed *scribendum* 595 sicut *Lachm. ad Lucr. II, 536*, sicuti *cdd.* 596 fęta *Flor.* latret *M*, latrat *v* 597 corpora Tartareo — palude *cdd. Probi* 599 quae c. c. c. cortina r. *O. Muellerus* (corpore caeruleo cava quae c. r. *Turnebus advers.* VI, 20), quaeque in corpore causa ceruleo faelo orta nare ceptat *Flor.* *post v. 599 hausta ut puta:* nil tulerunt

XCV

Bruttace bilingui.

XCVI

⏑⏑⏑– funduntque elatis naribu' lucem.

XCVII

ipsius armentas ad easdem ⏑⏑⏑–

XCVIII

perque fabam repunt et mollia crura reponunt.

XCIX

605 terrai frugiferai.

C

vestro sine momine, venti.

Ennius, viculis et castellis praeferendas puto XCV Porph. in sat. I, 10, 30 Canusini more bilinguis. 'bilinguis' dixit, quoniam utraque lingua usi sunt, sicut per omnem illum tractum Italiae, quoniam ex maiore parte Graeci ibi incoluerunt — ideo ergo et Ennius et Lucilius 'Brutt. bil.' dixerunt Paul. 35 'bilingues Bruttates' Ennius dixit, quod Brutti et Osce et Graece loqui soliti sint XCVI Serv. in aen. XII, 115 lucemque elatis naribus efflant. Ennianus est versus ordine commutato. ille enim ait: funduntque e. q. s. Mar. Victorin. 2472 videtur plurimis esse quintus communium syllabarum modus, qui apud Lucilium et veteres multos est frequentatus, ut correpta vocalis desinat in s et excipiatur ab alia consonanti — ut est illud (Lucr. IV, 1207) et item: efflantque — lucem XCVII Non. 190, 20 armenta genere neutro — feminino Ennius Paul. 4 armentum id genus pecoris appellatur, quod est idoneum ad opus armorum. invenies tamen feminine armentas apud Ennium positum ab interpolatoribus olim hemistichium additum erat Servii comment. in aen. III, 540 XCVIII Serv. in georg. III, 76 mollia crura reponit. Ennius de gruibus: perque e. q. s. Schol. Bernens.: mollia, flexibilia. Ennius de gruibus dicit (*versus omissus*) XCIX Charis. 7 item adhuc morem esse poetis in dativo casu (ponere — ai finalem), ut 'aulai medio' Vergilius, 't. f.' Ennius in annalibus exc. ex Char. I, 538 K 'frugiferai' Ennius in annalibus Plotius Sacerd. VI, 449 K diaeresis — ut pro 'aulae in medio' et 'frugiferae', 'aulai' et 'frugiferai' (et frugae aulai et frugai *cd.; corr. ed. Vindobon.*) fragment. Bobiense de nomine et pronomine V, 555 K legimus apud Lucretium et Vergilium 'terrai frugiferai' (frugeferai *cd*) — et 'aulai medio' Martial. XI, 90, 5, 6 attonitusque leges 'terrai frugiferai' Accius et quidquid Pacuviusque vomunt C thesaur. nov. Latin. apud A. Maium, auct. class. VIII, 332: inveni quoque hoc momen, — nis,

601 Bruttace *Porph. cd. Monac., vet. lib. Daniel., rell., exc. quod in Par. 7988 legitur* Brutate Bruttates *cd. Monac. Pauli*, Brutaces *Guelf., ut vid.* 602 efflantque *Victorin.* 603 *cdd. fere* ipsius ad armentas eosdem ad armenta uiuius (*pro* Pacuvius); *in L lineolis supra* ad *et* armentas *additis significari videtur haec locis permutanda inter se* easdem *Aldus;* ad armenta *del. Scal.* 604 perque *om. Vatican.* perquam *Hamburg.* perque fabare ponunt *Caroliruh.; in hoc et illo omissa ea quae sunt:* et mollia crura reponunt

CI

_ ⏑ _ ⏑ _ ⏑ _ ⏑ _ ⏑ furentibu' ventis.

CII

tanto sublatae sunt agmine tunc lapides ⏑.

CIII

iamque fere quattor partum.

pro momento. unde Ennius CI Serv. in aen. I, 51 furentibus austris — legerat apud Ennium f. v., sed quasi asperum fugit et posuit 'austris' pro 'ventis' CII Non. 211, 8 lapides et feminino genere dici possunt, ut apud Ennium: tanto — lapides; ad Homeri similitudinem, qui genere feminino [lapides] posuit CIII Char. 114 partum — Ennius: iamque e. q. s., quoniam ab hac parte facit et has partes.

608 toto, *sed* an *scripto super* o *G* 609 quattor *Ritschelius*, IIII *cd.*

II.

SATVRAE.

Liber I.

I

Diomed. 482 (ex Suetonio) satyra dicitur carmen apud Romanos nunc quidem maledicum et ad carpenda hominum vitia archaeae comoediae charactere compositum, quale scripserunt Lucilius et Horatius et Persius. set olim carmen quod ex variis poematibus constabat satyra vocabatur, quale scripserunt Pacuvius et Ennius. — cf. testim. de Lucil. XXX pg. 185.

II

Porphyr. in sat. I, 10, 46 Ennius, qui quattuor libros saturarum reliquit.

III *

numquám poetor, nísi sim podager.

IV

malo hércle magno suó convivat síne modo.

V

dá, quidquid des, célere.

Liber II.

I

réstitant, occúrsant, obstant, óbstringillant, óbagitant.

III Prisc. 29 nos quoque 'philosophor', 'architector', 'poetor' in usu habuimus. Ennius (saturarum l. I prooemio adscr. M) IV Non. 472, 22 convivant pro convivantur. Pomponius Munda — Ennius satyrarum lib. I V Non. 510, 10 celere pro celeriter — Ennius satyrarum lib. I I Non. 147, 9 ob-

---

1 sim *add. M* 2 suo magno *cdd.; corr. Bothius.* *id. per diverbium efferendum ratus v. sic disposuit:* 'malo hercle magno suo convivat.' 'sine modo!' 3 da Gulielmus, dum *cdd.* quicquid *H m. 2, Bamberg.* 4 occursant *M*, occurrunt *v* obagitant *ed. a. 1526*, ovagitant *cdd.*

II

inde loci liquidas pilatasque aetheris oras
contemplor.

Liber III.

Scipio.

I

Enní poeta sálve, qui mortálibus
versús propinas flámmeos medúllitus.

II

Suidas s. v. *Ἔννιος: Ῥωμαῖος ποιητής, ὃν Αἰλιανὸς ἐπαίνων ἀξιόν φησι. Σκιπίωνα γὰρ ᾄδων καὶ ἐπὶ μέγα τὸν ἄνδρα ἐξᾶραι βουλόμενός φησι μόνον ἂν Ὅμηρον ἐπαξίους ἐπαίνους εἰπεῖν Σκιπίωνος. δῆλον δὲ ὡς ἐτεθήπει τοῦ ποιητοῦ τὴν μεγαλόνοιαν καὶ τῶν μέτρων τὸ μεγαλεῖον καὶ ἀξιάγαστον.* — ad Scipionem rett. C.

III

_ ˘ mundus caéli vastus cónstitit siléntio,
ét Neptunus saévus undis ásperis pausám dedit,
Sól equis itér repressit úngulis volántibus,
cónstitere amnés perennes, árbores ventó vacant.

IV

quáque propter Hánnibalis cópias consíderat.

V

sparsis hastis longis campus splendet et horret.

stringillare (obstrigillare *m. 1 L*) obstare. Ennius satyrarum lib. II II Serv. in aen. XII, 121 pilata, fixa et stabilia — Ennius satyrarum II I Non. 33, 7 propinare a Graeco tractum est, post potum tradere — Ennius satyrarum lib. III id. 139, 14 medullitus, a medullis — Ennius satyrarum lib. III III Macrob. VI, 2, 26 (aen. X, 100 sqq.) tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas, infit: eo dicente deum domus alta silescit, et tremefacta solo tellus, silet arduus aether. tum venti posuere, premit placida aequora pontus. Ennius in Scipione IV Gell. IV, 7 Valerius Probus — 'Hannibalem' et 'Hasdrubalem' et 'Hamilcarem' ita pronuntiabat, ut paenultimam circumflecteret, teste epistula eius scripta ad Marcellum, in qua Plautum et Ennium multosque alios veteres eo modo pronuntiasse affirmat, solius tamen Ennii versum unum ponit ex libro, qui Scipio inscribitur. eum versum quadrato numero factum subiecimus — quaque e. q. s. V Macrob. VI, 4, 6 (aen. XI, 601 sq.) tum ferreus hastis

7 Ennio eta *cdd. pg. 33* selve *ib. idem* 13 quaque *Hertzius*, qua *cdd.* hanibalis *Par.* considerant *Vat., Rottend.*

VI*

súbulo quondám marinas própter adstabát plagas.

VII

testes sunt campi magni ˘˘_˘˘_˘
lati campi, quos gerit Africa terra politos.

VIII*

desine Roma tuos hostis ˘˘_˘˘_˘
nam tibi munimenta mei peperere labores.

IX*

meum nón est, ut si mé canis memórderit.

X

nam is nón ben vult tibi, quí me falso críminat
apút te.

XI

Trebell. Poll. Claud. 7 (ex Cicerone haud dubie haec petita) dicit Ennius de Scipione: quantam statuam faciet populus Romanus, quantam columnam, quae res tuas gestas loquatur?

horret ager — Ennius in XIV — et in Erechtheo — et in Scipione Serv. in aen. XI, 601 est versus Ennianus, vituperatus a Lucilio dicente per irrisionem eum debuisse dicere 'horret et alget' VI Varro VII, 35 apud Ennium (enim *Fl.*): subulo e. q. s. subulo dictus, quod ita dicunt tibicines Tusci Fest. 309 subulo Tusce tibicen dicitur; itaque Ennius: subulo — plagas huc rett. M VII Cic. de or. III, 42, 167 ornandi causa proprium proprio mutatum: 'desine Roma tuos hostis' et 't. s. c. m.' Non. 66, 25 politiones agrorum, cultus diligentes — Ennius satirarum lib. III: testes sunt lati campi e. q. s. VIII Cic. de or. III, 42, 167 (ubi agitur de metaphora) desine e. q. s. (*om. h. l. Erlang. prior*) id. de fin. II, 32, 106 beatior Africanus cum patria illo modo loquens: desine e. q. s. reliquaque praeclare: nam tibi — labores. laboribus hic praeteritis gaudet IX Gell. VI, 9, 1 sq. poposci, momordi — sed Q. Ennius in saturis 'memorderit' dixit, per e litteram — meum, inquit, e. q. s. Non. 140, 25 memordi, peposci — in veteribus lecta sunt — Ennius: non — memorderit. huic loco adscr. M X Non. 470, 13 criminat. Ennius satyrarum lib. III (IIII *G*) XI *possis trochaicos ex his elicere numeros ut puta tales:* quantam statuam statuet (*ita Lachmannus ad Lucr. III, 1034*), Publi, populus Romanus tibi, vel quantam columnam, digne quae loquatur res tuas? — *hexametros parum*

15 adstrabat *cd. Festi* aquas *Varro* 16 17 *ita utrumque frgm. coniunxit M add. in priore versu ut puta:* virtuti' meai testes *om. Abrincens.* 18 *pro* hostis *rasura in Abrincensi addunt docti quidam apud C:* horrere superbos 19 munimenta *Muretus; cdd.* monimenta *vel* monumenta 20 meum *om. Non.* ac si me *Par. Vat.; etiam in Rottend supra* t *scr.* c; at *rec. quid. cdd. Gell.* 21 is *v*, iis *cdd.* bene *idem* vultibi *m. 1 L et H* me *add. Quicheratus*

Liber IV.

I

⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ neque ílle trísté
quaérität sinápí neque caépe maéstum ⏑ ⏑

Liber VI.

I

sine cúra quippe laétus lautus tu ádvenis,
inféstis malis, éxpedito brácchio,
alacér, lupino célsum exultans ímpetu.
mox cum álterius ábligurrierís bona,
quid cénses domino esse ánimi? pro divúm fidem!
cibum ílle tristis sérvat, tu ridéns voras.

Ambracia.

I

pér gentes Asiaé cluebat ómnium misérrimus.

II

– ⏑ et aequora salsa veges ingentibu' ventis.

elegantes concinnavit Lachmannus l. m. I Macrob. VI, 5, 5 tristis pro amaro translatio decens est ut (georg. I, 75): tristisque lupini. et ita Ennius (et ita Ennius *praeter* s *in rasura scriptum in P*) in libro satirarum (satyrarum *C*, Sabinarum *cdd.*) quarto Serv. in georg. I, 75 tristisque lupini, amari — Ennius I Donat. in Phorm. II, 2, 25 'ten asumbolum venire! unctum atque lautum e balneis, otiosum ab animo, quom ille et cura et sumptu absumitur! dum tibi fit quod placeat, ille ringitur; tu rideas.' haec non ab Apollodoro sed e sexto Ennii translata sunt omnia (*ita v.; pro* haec non *edd. vett.* nodum *vel* nedum; *eaedem* sed e sexto satis, *om. nom.* Ennii, *quod add. Gandav.; in Lugdun. lacuna circiter XXIV litterarum post* satis; *in cd. Oxoniensi legitur:* nec non ab Appolloro respondeas translata sunt omnia) I Non. 88, 1 cluet, nominatur — Ennius Ambracia II Non. 183, 3 veget pro vegetat vel erigit vel vegetus est. Pomponius Maiali — Ennius Ambracia III Non. 471, 18 populat est et pro populatur — Ennius Ambracia IV Non. 469, 24 cunctant pro cunctantur I Cic. acad. pr. II, 16, 52 num censes Ennium, cum in hortis cum Servio Galba, vicino suo, ambulavisset, dixisse: visus sum mihi cum Galba ambulare. at cum somniavit, ita narravit — idemque in Epicharmo (inepio harmo *Vindob.*) II Varro de re rust. I, 4 eius (agriculturae) principia sunt eadem, quae mundi esse Ennius scribit, aqua e. q. s. Epich. adscr. C III Prisc. 764 simplex quoque 'mentis' Ennius protulit in Epicharmo: terra e. q. s. pro 'mens' IV Varro V, 59 animalium semen ignis is qui anima ac mens. qui caldor e caelo, quod hic innumerabiles ac immortales ignes. itaque Epicharmus de mente humana dicit: istic. e. q. s. V Varro V, 60 quibus (caldore et humore) iunctis caelum et terra omnia exgenuerunt, quod per hos natura frigori e. q. s. Epicharmo adscr. C respicit hunc locum Varro in Prometheo libero ap. Non. 71, 22 s. v. aritudinem: humanae quandam gentem stirpis conquoquit, frigus calore atque umore

23 24 *sotadeos agnovit Hugius* ille *Burmannus*, ill . . *Servius Danielis; om. Macrob.* cepe *P Macrob.* 25 sine cura quippe *M*, quippe sine cura *v* lautus *om. cdd. Lugdun. et Gandav.* tu *M*, cum *v* 26 infestis *M*, infertis *v.;* inferetis *Oxon.*, insertis *cd. Lugdunens.;* exertis *Muretus.* bracchio *Lugd.*, brachio *v* 27 *ita M; v* alacer celsus lupino impetu expectans 28 mox cum *Lugd., Oxon.*, mox dum *v* abligurrieris *M*, obligurrias *vel*, obligurias *v;* abligurias *Lugd.;* ablinias *Oxon.* 29 domino *Muretus*, dominos *Lugd., Oxon.*, dominis *v* proh animum fidem *Lugd.* 30 cibum ille tristis *Petermannus.* ille tristis (est *add. Oxon.*) cibum dum *v;* ille tristis dum civium *Lugd., in quo est* rediens vorans; vorans *etiam Oxon.* 31 Asiae *M*, esse *v* 32 vestis *G*

III

– ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ agros
audaces populant servi domini dominorum.

IV

35 béne mones tute, ípse cunctas. én vide fortém virum!

Epicharmus.

I

nám videbar sómpniare méd ego esse mórtuum.

II *

áqua, terra, ánima, sol.

III

térra corpus ést, at mentis ígnis est.

IV

ístic est de sóle sumptus ísque totus méntis est.

V

40 frígori miscét calorem atque úmori aritúdinem.

34 populant *M;* depopulant, *quod ex praecedentibus Caecilii verbis irrepsit cdd.* domini dominorum *M*, dominorum domini *ed. a. 1526*, dominorum dominis *cdd. minus elegantes numeri trochaici tales, ad quos quidem constituendos nulla opus est mutatione verborum:* agros aúdaces depópulant servi dóminorum dominí ⏑ – 35 cunctas *Bothius*, cunctato *L H*, cuncto *G* en *add. M* 36 sompniare *Vind.*, somniare *Lugd. a b* med *Manutius*, me et *cdd.* 37 anima sol *cd. Politiani*, anima et sol *v* 38 ad *B* 39 *ut nos, Bergkius;* istic est de sole s. ignis idem solem isque t. m. est *Flor.; cf. Haupt. prooem. lect. Berol. a. 1861 pg. 5;* istic e. d. s. s. ignis isque m. e. *Scal.* 40 humori *Flor., ut vid.*, umore *supra add.* h *L ap. Non.*

VI

ístic est is Ióvi' pater quem díco; quem Graecí vocant
áerem. qui véntus est et núbes, imber póstea
átque ex imbre frígus, ventus póst fit, aer dénuo.
haéce propter Ióvi' pater sunt ísta quae dicó tibi,
quándo mortalís atque urbes béluasque omnís iovant.

VII

térra gentis ómnis peperit ét resumit dénuo:
átque dat cibária – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

VIII

Varro V, 68 hinc Epicharmus Enni 'Proserpinam' quoque appellat (Lunam), quod soleat (solet *cdd.*) esse sub terris.

Euhemerus.

I

Cic. de nat. deor. I, 42, 119 quid? qui aut fortis aut claros aut potentis viros tradunt post mortem ad deos pervenisse eosque esse ipsos, quos nos colere, precari venerarique soleamus, nonne expertes sunt religionum omnium? quae ratio maxime tractata ab Euhemero est, quem noster et interpretatus et secutus est praeter ceteros Ennius. ab Euhemero autem et mortes et sepulturae demonstrantur deorum. — cf. et Arnob. adv. gent. IV, 29.

Euhemerus sive sacra historia.

II

Initio primus in terris imperium summum Caelus habuit: is id regnum una cum fratribus suis instituit atque paravit.

aritudinem miscet VI Varro V, 65 idem hi dei Caelum et Terra, Iuppiter et Iuno, quod ut ait Ennius: istic e. q. s. VII Varro V, 64 terra ops, quod hinc omne opus et hac opus ad vivendum; et ideo dicitur Ops mater, quod terra mater. haec enim terra — cibaria, ut ait Ennius. quae quod gerit fruges, Ceres; antiquis enim c quod nunc g (*ita O. Muellerus; cdd.* antiquis enim quod nunc et) II Lactantius div. inst. I c. 13 Ennius quidem in Euhemero non primum dicit regnasse Saturnum, sed Vranum patrem. Initio, inquit, primus e. q. s.

41 Iovi' pater *M*, Iupiter *Flor.* Greci *id.* 43 ventus *v*, ventis *cdd.* 44 haecce *Spengelius*, hec *Fl.* Iovi' pater *M*, Iupiter *Fl.* 45 quando *M* (quoniam *O. Mueller*), qua *Flor.* iovant *M*, iuvat *v* 46 terra *M*, terris *v* 47 atque *M*, quae *Flor.* *verba* quae — Ceres *in metrum contorta variis modis, sed pessime, multi putarunt esse Ennii* 2 suis sibi instituit *epitome*

III

Lactant. div. inst. I, 11 sacra vero historia etiam ante consedisse illi aquilam in capite atque illi regnum portendisse testatur. Cui ergo sacrificare Iuppiter potuit, nisi Caelo avo? quem dicit Euhemerus in Oceania mortuum et in oppido Aulacia sepultum. (Occeania *libri quidam vel* Occeana *vel* Octavia).

IV

exin Saturnus uxorem duxit Opem. Titan qui maior natu erat postulat ut ipse regnaret. ibi Vesta mater eorum et sorores Ceres atque Ops suadent Saturno, ut de regno non concedat fratri. ibi Titan, qui facie deterior esset quam Saturnus, idcirco et quod videbat matrem atque sorores suas operam dare ut Saturnus regnaret, concessit ei ut is regnaret. itaque pactus est cum Saturno, uti siquid liberum virilis sexus ei natum esset, ne educaret. id eius rei causa fecit, uti ad suos gnatos regnum rediret. tum Saturno filius qui primus natus est, eum necaverunt. deinde posterius nati sunt gemini, Iuppiter atque Iuno. tum Iunonem Saturno in conspectum dedere, atque Iovem clam abscondunt dantque eum Vestae educandum, celantes Saturnum. item Neptunum clam Saturno Ops parit, eumque clanculum abscondit. ad eundem modum tertio partu Ops parit geminos Plutonem et Glaucam. Pluto Latine est Dispiter: alii Orcum vocant. ibi Glaucam filiam Saturno ostendunt, at filium Plutonem celant atque abscondunt. deinde Glauca parva emoritur. haec ut scripta sunt, Iovis fratrumque eius stirps atque cognatio in hunc modum nobis ex sacra scriptione tradita est.

V

deinde Titan postquam rescivit Saturno filios procreatos atque educatos esse clam, seducit secum filios suos qui Titani

cf. epitomae c. 14 IV V Lact. I, 14 (cf. epit. c. 13) nunc quoniam ab his quae rettulimus aliquantulum sacra historia dissentit, aperiamus ea quae veris litteris continentur, ne poetarum ineptias in accusandis religionibus sequi ac probare videamur. haec Ennii verba sunt: exin — tradita est. item paulo post haec infert:

18 dispater *aliquot libri*, *alii* diispater, *alii* diespiter 19 at *Vahlenus*, ac *v*

vocantur fratremque suum Saturnum atque Opem comprehendit eosque muro circumegit et custodiam his apponit.

VI

Columella IX, 2 nec sane rustico dignum est sciscitari, fueritne mulier pulcherrima specie Melissa quam Iuppiter in apem convertit an ut Euhemerus (*sic et hic et infra Politianus e duobus Mediceis;* Homerus *l. utroque v*) poeta dicit crabronibus et sole genitas apes, quas nymphae Phryxonides educaverunt, mox Dictaeo specu Iovis extitisse nutrices easque pabula munere dei sortitas quibus ipsae parvum educaverant alumnum. ista enim quamvis non dedeceant poetam, summatim tamen et uno tantum modo versiculo leviter attigit Vergilius cum sic ait: Dictaeo caeli regem pavere sub antro. sed ne illud quidem pertinet ad agricolas, quando et in qua regione primum natae sint, utrum in Thessalia sub Aristaeo an in insula Cea, ut scribit Euhemerus.

VII

Lactant. div. inst. I, 14 relicua historia sic contexitur: Iovem adultum, cum audisset patrem atque matrem custodiis circumsaeptos atque in vincula coniectos, venisse cum magna Cretensium multitudine Titanumque ac filios eius pugnando vicisse, parentes vinculis exemisse, patri regnum reddidisse atque ita in Cretam remeasse; post haec deinde Saturno datam sortem, ut caveret ne filius eum regno expelleret; illum elevandae sortis atque effugiendi periculi gratia insidiatum Iovi, ut eum necaret; Iovem cognitis insidiis regnum sibi denuo vindicasse ac fugasse Saturnum. qui cum iactatus esset per omnes terras persequentibus armatis, quos ad eum comprehendendum vel necandum Iuppiter miserat, vix in Italia locum in quo lateret invenit.

VIII

deinde Pan eum deducit in montem, qui vocatur caeli stela. postquam eo ascendit, contemplatus est late terras, ibique eo in monte aram creat Caelo; primusque in ea ara Iuppiter sacrificavit; in eo loco suspexit in caelum quod nunc nos

deinde e. q. s. VIII Lactantius div. inst. I, 11 in sacra historia sic Ennius

26 muros circum egit *duo Regii, quorum alter est antiquissimus* 27 pro *Pan eum legitur* Pavenium *in Reg. antiquissimo ibid.* stela *Ciaconius*, stelia *ms. Victor.*, stella *libri rell.*

nominamus, idque quod supra mundum erat, quod aether vocatur. cui de sui avi nomine caelo nomen indidit [idque Iuppiter quod aether vocabatur precans primum caelum nominavit]; eamque hostiam, quam ibi sacravit, totam adolevit.

IX

ibi Iuppiter Neptuno imperium dat maris, ut in insulis omnibus et quae secundum mare loca essent omnibus regnaret.

X

ea tempestate Iuppiter in monte Olympo maximam partem vitae colebat et eo ad eum in ius veniebant, siquae res in controversia erant. item siquis quid novi invenerat, quod ad vitam humanam utile esset, eo veniebat atque Iovi ostendebat.

XI

Lactant. div. inst. I, 13 natos sibi filios non utique devorabat, ut ferunt fabulae, sed necabat, quamquam scriptum sit in historia sacra Saturnum et Opem ceterosque tunc homines humanam carnem solitos esitare: verum primum Iovem leges hominibus moresque condentem edicto prohibuisse, ne liceret eo cibo vesci.

XII

nam cum terras circuiret, ut in quamcumque regionem venerat, reges principesve populorum hospitio sibi et amicitia copulabat et cum a quoque digrederetur, iubebat sibi fanum creari hospitis sui nomine, quasi ita posset amicitiae et foederis memoria conservari. sic constituta sunt templa Iovi Ataburio, Iovi Labrandio. Ataburius enim et Labrandius hospites eius atque adiutores in bello fuerunt. item Iovi

tradit: deinde e. q. s.; cf. et II IX Lact. div. inst. I, 11 nimirum veteres historiae docent. antiquus auctor Euhemerus, qui fuit ex civitate Messene, res gestas Iovis et ceterorum qui dii putantur collegit — hanc historiam et interpretatus est Ennius et secutus; cuius haec verba sunt: ibi e. q. s. X Lact. div. inst. I, 11 in Olympo autem Iovem habitasse docet historia eadem quae dicit: ea tempestate e. q. s. XII Lact. div. inst. I, 22 historia vero sacra testatur ipsum Iovem, postquam rerum potitus est, in tantam insolentiam venisse, ut ipse sibi fana multis in locis constituerit. nam cum e. q. s. sive igitur a Melisseo, sicut Didymus tradidit, colendorum deorum ritus effluxit, sive ab ipso quoque Iove, ut

47 *multi libri* Atabyrio *vel* Atavirio Labradio *unus Reg., al. l.* Labiandro *vel* Labriando *vel sim.*

Labrio, Iovi Molioni, Iovi Casio et quae sunt in eundem modum. quod ille astutissime excogitavit, ut et sibi honorem divinum et hospitibus suis perpetuum nomen acquireret cum religione coniunctum. gaudebant ergo illi et hinc imperio eius libenter obsequebantur et nominis sui gratia ritus annuos et festa celebrabant. [simile quiddam in Sicilia fecit Aeneas, cum conditae urbi Acestae hospitis nomen imposuit, ut eam postmodum laetus ac libens Acestes diligeret augeret ornaret.] hoc modo religionem cultus sui per orbem terrae Iuppiter seminavit et exemplum ceteris ad imitandum dedit.

XIII

deinde Iuppiter postquam quinquiens terras circuivit omnibusque amicis atque cognatis suis imperia divisit reliquitque hominibus leges et mores, frumentaque paravit multaque alia bona fecit et immortali gloria memoriaque affectus sempiterna monimenta sui reliquit: aetate pessum acta in Creta vitam commutavit et ad deos abiit eumque Curetes filii sui curaverunt decoraveruntque eum; et sepulcrum eius est in Creta et in oppido Cnosso et dicitur Vesta hanc urbem creavisse; inque sepulcro eius est inscriptum antiquis litteris Graecis ZAN KPONOY id est Latine Iuppiter Saturni.

XIV

Lactant. div. inst. I, 17 quae prima (Venus), ut in historia sacra continetur, artem meretriciam instituit auctorque mulieribus in Cypro fuit, uti vulgato corpore quaestum facerent: quod idcirco imperavit, ne sola praeter alias mulieres impudica et virorum appetens videretur. — cf. epitomae c. 9.

XV

Varro de r. r. I, 48 arista et granum omnibus fere notum, gluma paucis. itaque id apud Ennium solum scriptum scito (scio *v*) esse in Euhemeri libris versis (*ita ex venerandae vetustatis exemplari publicae bibliothecae gentis Medicae, quod vocat, Angel. Polit. miscell. c. 35*; in ephemeridis versibus *v*).

Euhemerus, de tempore tamen constat e. q. s. cf. epitomae c. 24 XIII Lact. div. inst. I, 11 Ennius in sacra historia descriptis omnibus quae in vita sua gessit (Iuppiter) ad ultimum sic ait: deinde e. q. s. hoc certe non poetae tradunt, sed antiquarum rerum scriptores cf. epitomae c. 13

Protrepticus (Praecepta).

I

úbi videt avénam lolium créscere inter tríticum,
séligit, secérnit, aufert, áddit operam sédulo,
quánto studio séruit, servat.

II

Charis. 40 at cum nulla causa cogente quid tale dicitur (-abus vel -ibus pro -is), tunc nimirum confitendum est de errore, ut — Plautus in Curculione 'hibus' et Ennius in Protreptico (protreptrico *cd.*) 'pannibus'.

Hedyphagetica.

I

omnibus ut Clipeae praestat mustela marina,
mures sic Aenei. sparsa ostrea plurima Abydi;
Mytilenaest pecten charadrusque apud Ambraciai
finis; Brundisio sargust; hunc, magnus erit si,
sume tibi. apriclum scito primum esse Tarenti;
Surrenti fac emas elopem, glaucum prope Cumas.
quid scaru'? praeterii cerebrum Iovi' paene supremi.

I Prisc. 900 vetustissimi etiam in simplici 'serui' protulisse inveniuntur pro 'ordinavi' et pro 'sevi'. Ennius in praeceptis I Apuleius de magia cap. 39 Q. Ennius hedyphagetica (hedesphagitica *Florentin. a, item b*, hedyphageticis *Scriverius*) versibus (*ita Salmasius*, ausibus *Flor. a*, a versibus *Flor.* 2) scripsit. ibi (*add. Iahnius*) innumerabilia genera piscium enumerat, quae scilicet curiose cognorat. paucos versos memini; eos dicam: omnibus e. q. s. alios etiam multos (*ita Pricaeus, v* multis) versibus decoravit et ubi gentium quisque eorum, qualiter assus aut iussulentus optime sapiat. nec tamen ab eruditis reprehenditur

48 videlicet *H* 49 selegit *D m. 1* a. o. s. *M*, sedulo ubi operam addidit *cdd.* 50 quam tanto *idem*, quanto *M* servat *add. M* 51 clipee *Flor. a, b*, clypea *ed. Vicentina a. 1488* 52 sic *M*, sunt *v* Aenei, sparsa *M* eni aspera *Fl. a, b* abidimuls *Fl. b* (*simillime Fl. a*) 53 mitilene est *Fl. a, b;* Mytilenae, *ut vid., corruptum* charadrusque *Scal.*, caradrumque *Fl a, b* Ambraciai *M*, umbracie *Fl. a, b; in hoc supra* u *positum* a 54 Brundusio *Suerdsioeus*, Brundusii *cdd.* sargust *Vahlenus*, sargus bonus est *cdd.* hunc magnus si erit *id., corr. Turnebus.* 55 tibi *add. M* apriclum *cdd.;* apriculum *ed. Vic.* *post* apriclum *v. add.* piscem; *del. C* targenti *Fl. a*, rrgenti *Fl. b*, tarenti *ed. Vic.* 56 Surrenti fac emas elopem *Bergkius* (S. f. e. *iam Turnebus;* S. face emas helopem *Vahlenus*) surrenti telopem facemas *Fl. a, b*, surrenti aelopem facemas *cd. Victorianus* prope *M*, aput *Fl. a, cd. Vict.*, apud *Fl. b* 57 scaru' *Bergkius*, scarum *v* celebrum *Fl. a, cd. Vict., nc Fl. b* suppremi *Fl. a*

Nestoris ad patriam hic capitur magnusque bonusque.
melanurum, turdum, merulamque umbramque marinam
* * *
polypu' Corcyraest, calvaria pinguia Atarnae,
purpura, muriculi, murex, dulces quoque echini.

Sota.

I

M. Caesar epist. ad Fronton. IV, 2 (pg. 61 Nab.): Sota Ennianus, remissus a te, et charta puriore et volumine gratiore et littera festiviore quam antea fuerat videtur.

II

álius ín marí vúlt magnó tenére tónsám.

III*

⏑ ⏑ alií dénique rhétórica tóngént.

IV

íbánt malací viére véneriám coróllám.

V**

ílle íctu' retró réccidit ín natém supínús.

VI*

⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ Cyprió boví meréndám.

II Fest. 356 tonsam Ennius significat remum — cum ait — item et in Sota (*ita O. Mueller*, in nasota *cd.*) III Fest. 356 [tongere Aelius Sti]lo ait noscere esse, [quod Praenestini tongi]tionem dicant pro no[tione. significat et la]tius dominari. Ennius Paul. 357 tongere nosse est; nam Praenestini tongitionem dicunt notionem. Ennius hunc v. cum superiore iungendum intellexit Scal.
IV Varro V, 62 vieri id est vinciri, a quo est in Sota Ennii eundem v. afferunt auctore non nominato Fest. 355 s. v. viere, Censorin. qui dicitur 2726 ut exempl. ionici septenarii V Censorin. falsus 2726 ionicus a maiore: ille e. q. s. habet vitium in tertia syllaba Ennio tribuit Lachm. ad Lucr. I, 186
VI Paul. 59 C. b. m. Ennius sotadico versu cum dixit, significavit id quod solet fieri in insula Cypro, in qua boves humano stercore pascuntur ad Sotam

59 tum turdum, merulam, melanurum u. m. *Schraderus* umbra inque *Fl. a, b, sed in hoc corr.* *post h. v. aliquid excidisse vidit Kruegerus* 60 polipus corcire *Fl. a, b*, polypus corcirae *cd. Vict.*; est *add. Bergkius* Atarnae *v*, tarne *Fl. a*, carne *Fl. b*; Acarnae *alii*; calvaria pinguis Atarnae *C* 61 purpura *ed. Vic.*, purpuram *Fl. b*, purpurm *Fl. a* marriculi *ed. Vic.* murex *Casaubonus*, mures *v* 63 denique *add. Vahlenus* 64 mala cluere *Censor. Colon.* coronam *Censor.* 65 ictus *Censorin.*, ictu' *Lachm.* recidit *Colon.*

Epigrammata.

I

Isid. origin. I, 38 elegiacus — hic omnino vix constat a quo sit inventus, nisi quia apud nos Ennius eo prior usus est.

II

nemo me dacrumis decoret nec funera fletu
faxit. cur? volito vivo' per ora virum.

III

hic est ille situs, cui nemo civi' neque hostis
quivit pro factis reddere opis pretium.

IV

a sole exoriente supra Maeoti' paludes
nemost qui factis aequiperare queat.
si fas endo plagas caelestum ascendere cuiquamst,
mi soli caeli maxima porta patet.

rettulit Scal. II Cic. tuscul. disp. I, 15, 34 loquor de principibus. quid poetae? nonne post mortem nobilitari volunt? unde ergo illud: aspicite — patrum. mercedem gloriae flagitat ab eis, quorum patres adfecerat gloria. idemque: nemo e. q. s. id. ib. 117 melior Enni quam Solonis oratio. hic enim noster: nemo — faxit. at vero ille sapiens: mors mea ne careat lacrimis e. q. s. id. Cat. m. 20, 73 Solonis quidem sapientis est elegium, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum et lamentis vacare. volt, credo, carum se esse suis. sed haud scio an melius Ennius: nemo — faxit respexit hoc epigramma Verg. georg. III, 8, 9 III Cic. de leg. II, 22, 57 declarat enim Ennius de Africano: 'hic est ille situs'. vere; nam siti dicuntur ei, qui conditi sunt Seneca ep. XVIII, 5, 32 deinde Ennianos (Ennianos *Pincianus*, inanes *cdd.*) colligit (grammaticus) versus et in primis illos de Africano scriptos: cui — pretium. ex eo se ait intellegere apud antiquos non tantum auxilium significasse opem, sed et operam. ait enim Ennius neminem potuisse Scipioni, neque civem, neque hostem, reddere operae pretium (opem, sed operam *Vahlenus*, sed opera *vel* operam, *om.* opem, *cdd.* ait enim Ennius *docti*; *cdd.* ait enim in eius *vel* ait opera enim in eius *vel* ait opera eius *vel sim.*) coniunxit utrumque fragmentum Scal.
IV Cic. tusc. disp. V, 17, 49 et est in aliqua vita praedicabile aliquid et gloriandum ac prae se ferendum — ut Africanus: a s. — queat Mamertin. genethliac. cap. 16 etenim quod ait ille Romani carminis primus auctor: a sole — paludes, id nunc longius longiusque protendere licet Seneca ep. XVIII, 5, 34 felicem deinde se putat, quod invenerit, unde visum sit Vergilio dicere: 'quem super ingens porta tonat coeli'. Ennium hoc ait Homero subripuisse,

67 dacrumis *Bergkius*, lacrimis *cdd. plerique*, lacrumis *Monacens. Cat. 7809* decoret n. f. fl. f. *om. libri tusc. I, 15, 34* neque *in Catone fertur* 70 qui vult *libri plerique*; quibit *Pincianus* profectis *Guelferb. et Bambergens.* (*sed in hoc superscr.* pro factis) opis *Vahlenus*, operae *edd.* 71 ex. ad usque *cdd. Mamert.*; usque ad *Livineius*; *et ita apparet scripsisse illum* 73 *pro* 'si fas endo' si faciendo *vel similiter interpolata deteriores libri Senecae et Lactantii*; non fas esse (*vel* omne) *nonnulli ap. Senec.* caelestium *Puteaneus Lactantii aliique cdd. haud pauci huius et Senecae* scandere *libri quid. deter. Lactantii*

V

Plin. V, 3 6 inter quos (versiculorum parum severorum auctores) vel praecipue numerandus est P. Vergilius, Cornelius Nepos et prius Accius Enniusque.

Incertorum Librorum Reliquiae.

I*

75 – ◡ ◡ – ◡ decem coclites quas montibu' summis
Ripaeis fodere.

II*

simia quam similis, turpissima bestia, nobis!

III*

propter stagna, ubi lanigerum pecu' piscibu' pascit.

IV (α)*

nec dico nec facio mu.

V (β)*

80 neque ut aiunt mu facere audent.

VI*

illic nugator nili, non naucist homo.

Ennio Vergilium. esse enim apud Ciceronem in his ipsis de re publica libris hoc epigramma Ennii: si fas e. q. s. Lactant. div. instit. I, 18 apud Ennium sic loquitur Africanus: si fas — patet; scilicet quia magnam partem generis humani extinxit ac perdidit. o quantis in tenebris, Africane, versatus es! vel potius, o poeta, qui per caedes et sanguinem patere hominibus in caelum ascensum putaveris iunxit haec disticha Scal. I Varro VII, 71 apud Ennium: decem e. q. s. ab oculo cocles ut ocles dictus, qui unum haberet oculum saturis adscr. Hugius II Cic. de nat. deor. I, 35, 97 quid? canis nonne similis lupo? atque, ut Ennius: sim. e. q. s. at mores in utroque dispares Serm. Sammon. de med. 819 sq. sive homo seu similis turpissima bestia nobis vulnera dente dedit III Paul. 59 s. l. Cyprio bovi merendam — idem (Ennius) cum dicit: propter — pascit, esse paludem demonstrat, in qua nascuntur pisces similes ranunculis, quos oves consectatae edunt IV Donat. in Ter. Andr. III, 2, 25 nil iam mutire audeo. Ennius: nec e. q. s. unde et mutos dicimus V Varro VII, 101 apud Ennium: vocibus e. q. s. mussare dictum, quod muti non amplius quam μῦ dicunt· a quo idem dicit id quod minimum est (*fortasse* id quod μῦ vel mu est): neque e. q. s. cf. Char. 214 mut. 'mut (*ita docti*, mutmut *cd.*) non facere audet', ut apud Appuleium Platonicum de proverbiis scriptum est libro II VI Fest. 166 naucum ait Ateius Philologus poni pro nugis — Ennius

75 coclites, ques *Scal.* 76 Ripaeis *C*, ripeis *Flor.* 78 l. genus *edd. vet.* pascit *Monac.*, pascitur *Guelf.* 79 mu *add. C* 80 mu *C*, μυ *Flor.* '*fortasse pro* mu mut *reponendum est*' *C* 81 illic *Vrsin.*; illuc *cd.* 'est' *post* 'illuc' *addit. in eod.*; *post* 'nauci' *traiecit Vahlenus* nihili *Vrsin.* (nili *Vahlenus*), nihil *cd.*

VII

Gell. II, 29, 3 sqq. avicula, inquit (Aesopus), est parva, nomen est cassita. habitat nidulaturque in segetibus, id ferme temporis, ut appetat messis pullis iam iam plumantibus. ea cassita in sementes forte concesserat tempestiviores; propterea frumentis flavescentibus pulli etiam tunc involucres erant. dum igitur ipsa iret cibum pullis quaesitum, monet eos, ut, siquid ibi rei novae fieret dicereturve, animadverterent idque uti sibi, ubi redisset, nuntiarent. dominus postea segetum illarum filium adulescentem vocat, et: 'videsne', inquit, 'haec ematuruisse et manus iam postulare? idcirco die crastini, ubi primum diluculabit, fac amicos adeas et roges, veniant operamque mutuam dent et messim hanc nobis adiuvent'. haec ubi ille dixit, discessit. atque, ubi rediit cassita, pulli tremibundi, trepiduli circumstrepere orareque matrem, ut iam statim properet inque alium locum sese asportet: 'nam dominus', inquiunt, 'misit, qui amicos roget, uti luce oriente veniant et metant'. mater iubet eos otioso animo esse: 'si enim dominus', inquit, 'messim ad amicos reiicit, crastino seges non metetur neque necessum est, hodie uti vos auferam'. die, inquit, postero mater in pabulum volat. dominus, quos rogaverat, opperitur. sol fervit, et fit nihil; it dies, et amici nulli erant. tum ille rursum ad filium: 'amici isti magnam partem', inquit, 'cessatores sunt. quin potius imus et cognatos adfinesque nostros oramus, ut adsint cras temperi ad metendum?' itidem hoc pulli pavefacti matri nuntiant. mater hortatur, ut tum quoque sine metu ac sine cura sint, cognatos adfinesque nullos ferme tam esse obsequibiles ait, ut ad laborem capessendum nihil cunctentur et statim dicto oboediant: 'vos modo', inquit, 'advertite, si [modo] quid denuo dicetur'. alia luce orta, avis in pastum profecta est. cognati et adfines operam quam rogati sunt dare supersederunt. ad postremum igitur dominus filio: 'valeant', inquit, 'amici cum propinquis. afferes primo luci falces duas: unam egomet mihi et tu tibi capies alteram, et frumentum nosmet ipsi manibus nostris cras metemus'. id ubi ex pullis dixisse dominum mater audivit: 'tempus', inquit, 'est cedendi et abeundi; fiet nunc dubio procul, quod futurum dixit. in ipso enim iam vertitur, cuia res est, non in alio, unde petitur'. atque ita cassita nidum migravit, seges a domino demessa est — hunc Aesopi apologum Q. Ennius in satiris scite admodum et venuste

versibus quadratis composuit. quorum duo postremi isti sunt, quos habere cordi et memoriae operae pretium esse herele puto:

hoc erit tibi argumentum semper in promptu situm,
nequid expectes amicos, agere tu quod possies.

VIII

nám quí lepidé póstulat álterúm frustrárí,
quém frustrátu' frústrást cum dícít frustra éssé,
quí sése frústrári quém frústra séntít,
quí frustrátur, ís frústrast, ílle nón est frústrá.

IX

Quint. IX, 2, 36 sed formas quoque fingimus saepe, ut Famam Vergilius, ut Voluptatem ac Virtutem — Prodicus, ut Mortem ac Vitam, quas contendentes (consentientes *Ambrosian.*) in satura tradit Ennius.

X*

Cic. de divin. II, 54, 111 non esse autem illud carmen (Sibyllae) furentis cum ipsum poema declarat — tum vero ea quae ἀκροστιχὶς dicitur, cum deinceps ex primis versuum litteris aliquid conectitur, ut in quibusdam Ennianis: Q. (*ita Auratus*, quae *cdd.*) Ennius fecit. id certe magis est attenti animi quam furentis.

XI*

tíbícina máximó labóre múgit ⏑⏑.

adscr. *M*) VIII Gell. XVIII, 2 nuper quaesita esse memini numero septem, quorum prima fuit enarratio horum versuum, qui sunt in saturis Quinti Enni uno multifariam verbo concinniter implicati. quorum exemplum hoc est: nam qui e. q. s. XI Varro VII, 104 minus aperta (ab animalium vocibus tralata in homines), ut — Ennii a vitulo.

---

82 hec *vel* haec *libri boni, sed corr. iam in Paris.* promptu *v*, promptum *Rottend.*, promtum *Par. Vat.* 83 nequit *Par.*, neq; *Rottend.* agere t. q. p. *M*, quod tu agere possis *cdd.* (q. tute a. possies *Fruterius*) 85 frustratu' frustrast cum *M*, frustratur frustra eum *cdd. plerique* (quam *Lugd.*) frustratur — frustrari quem *om. Reg.* 86 qui *M*, nam qui *v; irrepsit* nam *ex primo versu* frustra sentit *docti;* frustras sentit *Magliabecch.*, frustrassent id *Lugdun., Thuan.* frustrassent. id *Reg.*, frustras senti *Voss.* 87 frustrast *Lugd., Magl.*, frustra est *rell.* si *add. cdd.* (set *Reg.*); *om. Acidalius* ille non *M*, non ille *v* 88 *haec saturis an comoediis addenda sint incertum; nam et per trochaeos disponi possunt:* tibícina máximo labóre mugit.

III.
FABVLAE.

I. TRAGOEDIAE.

I. Alexander.

I**

– máter gravida párere se ardentém facem
visást in somnis Hécuba: quo fató pater
rex ípse Priamus sómnio mentís metu
percúlsus, curis saúcius superántibus,
sic sácrificabat hóstiis balántibus.
tum cóniecturam póstulat, pacém petens,
ut se édoceret óbsecrans Apóllinem,
quo sése vertant tántae sortes sómnium.
ibi éx oraclo vóce divina édidit
Apóllo, puerum prímus Priamo quí foret
postílla natus, témperaret tóllere:
eum ésse exitium Tróiae, pestem Pérgamo.

II

múlti alii adventánt, paupertas quórum obscurat nómina.

III

iam dúdum ab ludis ánimus atque aurés avent
avide éxspectantes núntium.

I Cic. de divin. I, 21, 42 haec etiam si ficta sunt a poeta (Ennio), non absunt tamen a consuetudine somniorum. sit sane etiam illud commenticium, quo Priamus est conturbatus, quia: mater e. q. s. Ennii Alexandri prologo adscr. O. Ribbeckius primum versum respiciunt Serv. in aen. VII, 320 et qui eum compilavit Lactant. in achill. I, 22 II Macrob. VI, 1, 61 (aen. V, 302) multi praeterea, quos fama obscura recondit. Ennius in Alexandro III Varro VI, 83 auris (*cdd.* audio, *corr. O. Muellerus*) ab aveo, quod his avemus discere semper;

---

1 quia *recte Ciceroni tribuit O. Ribbeckius* se *om. H* 2 fato *Heinsius*, facto *cdd.* 3 mortis *Bothius* 4 saucius superantibus *M*, sumptus suspirantibus *v* 5 sic sacrificabat (*praec.* s) *M*; et sacrificabat *H*, exsacrificabat *rell.* 6 coniecturum *V*, coniectorem *libri deteriores* 7 doceret *l. quid.* obsecras *A m. 1* 9 ib *A m. 1*, sibi *H m. 1*, ubi *B* vocem divinam *cd. Eliensis Davisii* 10 prius *V* 11 temptaret *H*; tempora extollere *V m. 2* 12 exitum *H*

IV

voláns de caelo cúm corona et taéniis.

V*

is habét coronam vítulans victória.

VI

quápropter Parím pastores núnc Alexandrúm vocant.

VII*

Hecuba.

séd quid oculis rábere visa es dérepente ardéntibus?
úbi illa tua paulo ánte sapiens vírginali' modéstia?

Cassandra.

máter, optumárum multo múlier melior múlierum,
maésta sum supérstitiosis áriolatiónibus.
námque Apollo fátis fandis démentem invitám ciet.
vírgines aequális vereor; pátris mei, meum factúm pudet,
óptumi virí. mea mater, tuí me miseret, meí piget.
óptumam progéniem Priamo péperisti extra me. hóc dolet!
mén obesse, illós prodesse, me óbstare, illos óbsequi!

quod Ennius videtur ἔτυμον ostendere velle in Alexandro, cum ait: iam dudum e. q. s. IV Fest. 360 taenias Graecam vocem sic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum esse laneum capitis honorati — Ennius in Alexandro V Paul. 369 vitulans lactans gaudio ut pastu (*ita O. Mueller*, partu *vel* parto *cdd.*) vitulus. Ennius: is habet e. q. s. ad Alexandrum rettulit Hartungius Eurip. restit. II, 238 VI Varro VII, 82 apud Ennium — item: quapropter e. q. s. imitari dum volt Euripidem et ponere ἔτυμον, est lapsus: nam Euripides quod Graeca posuit, ἔτυμα sunt aperta VII Cic. de div. I, 31, 66 (praesagitio extrinsecus iniecta) si exarsit acrius, furor appellatur, cum a corpore animus abstractus divino instinctu concitatur. 'sed quid — obsequi' id. orat. 46, 155 itaque idem poeta qui inusitatius contraxerat 'patris — pudet' pro 'meorum factorum' et 'texitur — rapit' pro 'exitiorum', non dicit 'liberum' hoc fragmentum, ut illud quod sequitur, Ennii Alexandro vindicavit Bergkius, prooem.

19 rabere *cdd. quid. deteriores*, rapere *meliores* es *Lambin.*, est *cdd.* 20 tua *add. Reizius;* ubi paulo ante sapiens illa v. m. *Auratus* virginali *cdd.; ut puto, corruptela latet;* virginis *Turnebus* 21 optumarum *M. Hauptius*, optumatum *B*, optuma tum *A V*, optima *H* multa *A*, multo *om. H* *in V m. 2 supra scriptum* mulierum 22 maesta *M*, missa *v* hariolationibus *A B* 23 namque *O. Ribbeckius* (namque me *Hottingerus*), neque me *cdd.* 24 virgines aequalis vereor *O. Ribbeckius*, virg. vero aeq. *cdd.* fatum *H* 25 optimi *id.* 26 optimam *id.* peperisti *cd. Eliensis*, repperisti *vel* reperisti *meliores* me *om. H* 27 men *A V*, me *cum rasura post* e *B H;* med *Lambinus*

VIII*

ádest adest fax óbvoluta sánguine atque incéndio!
múltos annos látuit: cives, férte opem et restínguite!
iamque mari magno classis cita
texitur; exitium examen rapit;
adveniet, fera velivolantibu'
navibu' complebit manu' litora.

IX*

– ◡ – ◡ – ◡ – ◡ – ◡ – eheú videte!
iúdicavit ínclitum iudícium inter deás tris aliquis;
quó iudicio Lácedaemonia múlier Furiarum úna adveniet.

X**

heus heús, pater!
heus, Héctor!

XI

o lúx Troiae, germáne Hector!
quíd te ita contuó lacerato córpore exanguém, miser?
aút qui te sic tráctavere nóbis respectántibus?

lect. Marburg. a. 1844 pg. 9 VIII Cic. de div. I, 31, 66 sq. sed hoc (sed quid — obsequi) minus ad rem. illud, quod volumus, expressum est, ut vaticinari furor vera soleat: 'adest adest — restinguite'. deus inclusus corpore humano, iam non Cassandra loquitur: 'iamque — litora' idem ib. II, 55, 112 at multi saepe vera vaticinati, ut Cassandra: 'iamque mari magno' id. ad Att. VIII, 11, 3 προθεσπίζω igitur — non ariolans ut illa, cui nemo credidit, sed coniectura prospiciens: 'iamque mari magno' Non 112, 25 fax pro faces. Varro — sexagesi: adest fax involuta incendio id. 328, 22 involutum, occupatum, comprehensum. Varro sexagesi: adest fax involuta incendii praeterea conferenda quae ex oratore adscripta sunt ad frgm. superius IX Cic. de div. I, 50, 114 furibunda mens videt ante multo quae sunt futura: quo de genere sunt illa: eheu — adveniet ib. II, 55, 112 at multi saepe vera vaticinati, ut Cassandra: iamque mari magno, eademque paulo post: eheu videte X Char. 216 heus e. q. s. a dolore mentis adfectae ad Ennii Cassandram rettulit O. Ribbeckius, qui tamen male scripsit 'heu', doloris vocabulum non recte interpretatus XI Macrob. VI, 2, 18 (aen. II, 281 sqq.) o lux Dardaniae, spes o

28 adest a fax *H;* ah adest fax *Turnebus* involuta *Varro* 29 referte *A H V* 30 clasis *A*, clausis *m. 1 V* 32 advenit et *fortasse V* 33 complebit *libri deter.*, complevit *A B H V* 35 iudicabit *M. Hauptius* inclitum *A H, item m. 1 B*, inclytum *id. 2 cum V* inter *in margine add. in B* *molliores erunt numeri tales:* iudicavit inter deas tris aliquis inclitum iudicium 37 38 *fortasse anapaestica:* ◡◡ – heus heus pater! heús Hector. 40 te *add. Vossius* contuo *id.* cum tuo *cdd.* exanguem *add. M* 41 tr. n. resp. *O. Ribbeckius*, resp. tr. n. *cdd.*

XII

nunc máximo saltú superabit grávidus armatís equus
Troiános muros, qui árduum suo pártu perdat Pérgamum.

XIII

hóminem appellat: quíd lascivis, stólide? — non intéllegit.

XIV

amidio purús putus.

II. Iphigenia.

I

Agamemno.

quid nócti' videtur in áltisono
caelí clipeo?

senex.

superát temo
stellás cogens etiam átque etiam
sublíme [noctis] iter ⏑ ⏑ ⏑ ⏑

fidissima Teucrum, et reliqua. Ennius in Alexandro XII Macrob. VI, 2, 25 (aen. VI, 515 sq.) cum fatalis equus saltu super ardua venit Pergama et armatum peditem gravis attulit alvo. Ennius in Alexandro XIII Fest. 317 stolidus, stultus. Ennius l. I — et in Alexandro XIV Fest. [putum pro puro dixisse] antiquos — [Cor]nificius ait. neque [aliter accepit Ennius cum dixit] in Alexandro: . . . . . amidio purus put[us] Gell. VII, 5, 10 scriptum est autem purum putum — cum in multis aliis veterum libris, tum in Q. quoque Ennii tragoedia, quae inscribitur Alexander I Varro VII, 73 quid noctis — iter. hic multam noctem ostendere vult a temonis motu. sed temo unde et cur dicatur latet id. V, 19 itaque dicit Andromeda nocti — et Agamemno: in — clipeo; cavum enim clipeum; et Ennius item ad cavationem: caeli ingentes fornices Fest. 339 [septentriones] septem stellae appell[antur ut duae sint pro bu]bus iunctis — [reliquas axem dixerunt] quod id astrum Grae[ci ἅμαξαν dicunt, idque habet] partem quan[dam temonis specie. unde ait] Ennius: supera[t] . . . . . Apuleius de deo Socr. cap. 2 suspicientes in hoc perfectissimo mundi, ut ait Ennius, clipeo miris fulgoribus variata caelamina personas

42 nunc *P*, nam *rell* superabit *Vossius*, superabit *cdd.* gravidus *v*, gravibus *P* 43 Troianos muros *add. M* a. s. p. p. P. *M*, s. p. ardua perd. Pergama *cdd.* *trimetris contin. l. ratus Bergkius ultima sic disposuit:* suo qui partu perdat Pergama ardua, *numeris parum elegantibus* 44 lascivis, stolide *Scal.*, lascivi stolide *cd.* 45 amidio *corruptum* 47 superat temo stellas *docti ap. Fest.;* t. s. st. *Varro* 48 49 stellas cogens etiam atque etiam sublime iter *M*, stellas sublime agens (cogens *v*) etiam atque etiam noctis iter *Flor.*

II*

Agamemno.

procéde: gradum proférre pedum
nitére. cessas, o fíde senex?

* * *

gallíque favent faucíbu' russis
cantú plausuque premúnt alas.

III (α)

chorus militum.

ótio qui néscit uti, plús negoti saépe habet,
quám cum adest negótioso súdor in negótio.
nám cui quod agat ínstitutumst, íniit si negótium,
íd agit, id studét, ibi mentem atque ánimum delectát suum.
ótioso in ótio animus néscit, quid quaerát, velit.
híc idemst: em, néque domi nunc nós nec militiaé sumus;

distinxit Hermannus II Fest. 249 pedum est quidem baculum incurvum, quo pastores utuntur — sed in eo versu, qui est in Iphigenia Enni: 'procede — cessas' id ipsum baculum significari cum ait Verrius, mirari satis non possum, cum sit ordo talis et per eum significatio aperta: gradum proferre pedum cessas? nitere schol. Veronens. in bucol. 5, 88 pedum est baculum recurvum, quo pastores utuntur — ut ait Ennius in Iphigenia: gradum — o fide Cic. de div. II, 26, 57 cur ante lucem galli canant — qui quidem silentio noctis, ut ait Ennius, favent e. q. s. huc rettulit O. Ribbeckius III Gell. XIX, 10, 11 atque ibi Iulius Celsinus admonuit in tragoedia quoque Enni, quae Iphigenia inscripta est, id ipsum de quo quaerebatur (praeter propter) scriptum esse et a grammaticis contaminari magis solitum quam enarrari. quocirca statim proferri Iphigeniam Q. Enni iubet. in eius tragoediae choro scriptos hos versus legimus: otio e. q. s. hoc ibi lectum est. tum deinde Fronto ad grammaticum iam labentem: audistine, inquit, magister optime, Ennium tuum dixisse 'praeter propter' — petimus igitur dicas, quoniam de Enniano iam verbo quaeritur, qui sit notus

50 51 *errasse et Festum adnotavit O. Muellerus* 51 o f. *om. Fest.;* o fide . . . . . *cd.* (*vide A. Hermanni lib. de schol. Verg. Veronens. part. prior. pg. 12*); senex *add. Bergkius* 52 gallique *add. O. Ribbeckius* 53 cantus *A B, item m. 1 V* lausuque *A et m. 1 V* 54 ocit *Voss. mai.* negotii *cdd.* saepe *add. M* 55 adest negotioso sudor *M*, est negotium *cdd.;* quam cum quis negotioso fuerit in negotio *Vossius* 56 agitat, *sed corr., Voss. min.* iniit si negotium *M*, in illis negotium *Reg., Voss mai.; rell.* in illo negotium (*vel* negotio) 57 id studet *O. Ribbeckius*, studet *cdd.* 58 *id.* initio *pro* in otio, *excepto quod in Voss. min. m. 1* vinitio quaerat *add. M* 59 hic *O. Ribbeckius*, hoc *cdd.* idemst: em, neque; idem est em neque *libri meliores, exc. quod in Reg., si recte intellego Hertzii schedas, legitur traditum:* idem essem em neque; enim *pro* em *deteriores quidam* nec militiae *v*, de militiae *l. meliores plerique* (de milie *Reg.*)

II*

Agamemno.

procéde: gradum proférre pedum
nitére. cessas, o fíde senex?
* * *
gallíque favent faucíbu' russis
cantú plausuque premúnt alas.

III (α)

chorus militum.

ótio qui néscit uti, plús negoti saépe habet,
quám cum adest negótioso súdor in negótio.
nám cui quod agat ínstitutumst, íniit si negótium,
íd agit, id studét, ibi mentem atque ánimum delectát suum.
ótioso in ótio animus néscit, quid quaerát, velit.
híc idemst: em, néque domi nunc nós nec militiaé sumus;

distinxit Hermannus II Fest. 249 pedum est quidem baculum incurvum, quo pastores utuntur — sed in eo versu, qui est in Iphigenia Enni: 'procede — cessas' id ipsum baculum significari cum ait Verrius, mirari satis non possum, cum sit ordo talis et per eum significatio aperta: gradum proferre pedum cessas?

ímus huc, hinc ílluc; cum illuc véntumst, ire illínc lubet;
íncerte errat ánimus, praeter própter vita vívitur.

IV (β)*

ánimus aeger sémper errat; néque pati neque pérpetrare
pótest . . . . cúpere numquam désinit.

V**

érgo plector, quód tu peccas? cúm delinquas, árguor?
pró malefactis Hélena rédeat, vírgo pereat ínnocens?
tuá reconciliétur uxor, méa necetur fília?

VI

Ménelaus me obiúrgat! id meis rébus regimen réstitat!

VII **

Agamemno.

quís homo te exuperávit usquam géntium impudéntia?

Menelaus.

quís te autem malítia?

post quae Cic. l. infra perscripto addit haec: nosti quae secuntur. alternis enim versibus intorquentur inter fratres gravissimae contumeliae, ut facile appareat Atrei filios esse.

huiusce versus sensus: incerte e. q. s. IV Cic. tusc. disp. III, 3, 5 at et morbi perniciosiores pluresque sunt animi quam corporis. hoc enim ipso odiosi sunt, quod ad animum pertinent eumque sollicitant, animusque aeger, ut ait Ennius, semper e. q. s. V Iul. Rufin. de fig. sentent. et eloc. 37 (p. 47 Halm.) *σύγκρισις* sive *ἀντίθεσις*, comparatio rerum atque personarum inter se contrariarum, ut: ego e. q. s. Ennii Iphigen. trib. C VI Rufinian. de fig. sentent. et elocut. 11 (pg 41 ed. Halm.) *ἀγανάκτησις*, indignatio, quae fit maxime pronuntiatione. Ennius in Iphigenia VII Cic. tusc. IV, 36, 77 ira — cuius inpulsu existit etiam inter fratres tale iurgium: quis homo — te Enn. Iphi-

60 imus *om. Voss. mai.* huc, hinc illuc; cum illuc; *Reg.* hunc illuc hinc cum illuc; *Voss. mai.* hunc hinc illinc cum illuc (*add. in marg. nota*) ire *om. Voss. mai.* illuc *Reg.* iubet *cdd.* 61 erat *Reg., Voss. mai.* vita *Salmasius*, vitam *v* 62 perpetrare *M*, perpeti *v* (neque poti neque perpeti *O. Ribbeckius*) 63 *fortasse* potis est 64 ergo plector *Froehlichius*, ego proiector *ed. princ.* cum delinquas *M;* tu delinquas *ed. pr.; ead.* ego arguor 66 mea necetur filia *C*, mea negetur, filia mea *ed. pr.* 67 restitat *Bentleius*, restat *ed. pr.* 68 usquam *cdd. quidam deteriores, Bentleius;* umquam *cdd.* 69 q. t. aut. m. *Bouherius*, q. aut. m. t.

VIII*

plebés hoc regi antístat: in luctú licet
lacrumáre honeste plébi, regi nón licet.

IX**

pósteaquam abs téd, Agamemno, tétigit aures núntius,
éxtemplo . . . . . .

X

Achilles.

ástrologorum sígna in caelo quaésit; observát, Iovis
cúm capra aut nepa aút exoritur lúmen aliquod béluae.
quód pro pedibust, némo spectat: caéli scrutantúr plagas.

XI*

Acherónten obibo, ubi mórtis thesauri óbiacent,
ut hóstium eliciátur sanguis sánguine.

geniae ascr. Duentzerus et Bergkius VIII Hieron. epitaph. Nepotiani (I, 598 Mign.) prudenterque Ennius Iphigeniae adscr. C IX Cic. ad Att. XIII, 47 p. a. te, A., non ut venirem, nam id quoque fecissem, nisi Torquatus esset, sed ut scriberem tetigit aures nuntius, extemplo instituta omisi Ennii Iphig. adscr. Ladvigius cf. Non. 263, 3 Varro in epistula ad Iulium Caesarem (ep. Iulii Caesaris *vulgo*) quem simulac Romam venisse mihi 'tetigit (attigit *cdd.*) auris nuntius, extemplo meos (*ita docti;* eas *cdd.*) in curriculum contuli propere pedes' apparet a v. 'tetigit' inde afferri Enniana, sed ut secundus versus liberius sit mutatus X Cic. de re p. I, 18, 30 cui (Aelio Sexto) contra Galli studia disputanti in ore semper erant illa de Iphigenia Achillis: astrologorum e. q. s. huc videntur pertinere Nonii illa (145, 13): nepam quidam cancrum putant ad illud Plauti: retrovorsum cedam, imitabor nepam; et illud aliud: aut cum nepa est. sed (*ita recte Quicheratus*, esset *v*) dubium in utroque. nam vere nepa scorpius dicitur Cic. de div. II, 13, 30 physicus, quo genere nihil arrogantius: quod est — plagas Donat. in adelph. III, 3, 32 sq. quod est ante pedes non videt. hoc sumpsit poeta de illo in physicum pervulgato Achillis (ancillae *cdd.*, Achillae *Schopenus*) dicto: quod est e. q. s. Seneca apocol. 8 quid in cubiculo suo faciat nescit et iam caeli scrutatur plagas? deus fieri vult? ex Cicerone vel alio antiquo auctore petita Minucius Felix 12, 7 habet haec: desinite caeli plagas et mundi fata et secreta terrae rimari; satis est pro pedibus sita (*add. O. Ribbeckius*) aspicere imitatus est Varro lege Maenia ap. Non. 369, 8; 382, 4 nos admirantes, quod sereno lumine tonuisset, oculis caeli rimari plagas XI Fest. 201 ob praepositione antiquos esse pro ad testis est Ennius quom ait

70 hoc regi antistat: in luctu licet *M*, in hoc regi antistat (*ita C*, antestat *ap. Hier.*) loco: licet *v* 71 honeste plebi, regi *M*, plebi, regi honeste *v* 72 ted *Guilielm.*, te *Cicero;* postquam abs te Agamemno ut venirem t. aur. n. *O. Ribbeckius, qui provocat ad Ritschelii op. II, 271* 74 quaesit *Iac. Leopardius*, quid sit *cd.* opservat, Iovis *Maius*, observationis *cd.* 75 lumen *Heinrichius*, nomen *cd.* beluae *Heinrichius*, beluarum (*m. 2* belluarum) *cd.* 76 pro pedibust *M ex Minucio;* est ante pedes *Cic., Donat.* (quod ante pedes est *Oxon.*) noenu spectant *Fleckeisenus;* non videt *pro* n. sp. *Donatus* scrutatur *id. cum Seneca* (*sed in Oxon. Don.* vident — scrutantur) 77 obibo — obiacent *Aldus*, adibo — adiacent *ed.* 78 ut — sanguine *Bergkius, qui*

XII

quae núnc sunt abs te víduae et vastae vírgines.

III. Telephus.

I

regnúm reliqui saéptus mendicí stola.

II

palám mutire plébeio piáculumst.

III

cédo et abeo hoc cúm vestitu, squálida saeptús stola.

IV

qui illúm di deaeque mágno mactassínt malo!

V

set cívitatem vídeo Argivum incéndier.

VI

deúmque de consílio hoc itiner crédo conatúm modo.

VII

te ipsum hóc oportet prófiteri et próloqui
advórsus illam míhi.

l. XIV — et in Iphigenia: Ach. — obiacent Cic. tusc. disp. I, 48, 116 Menoecus non praetermittitur, qui item oraculo edito largitus est patriae suum sanguinem. Iphigenia Aulide duci se immolandam iubet, ut hostium eliciatur suo (ultima verba ex Ennio petita recte coniecere docti) XII Cd. C Serv. in aen. I, 52 vastum pro desolato veteres ponebant. Ennius Iphigenia I Non. 537, 25 stolam veteres non honestam vestem solum, sed (etiam *add. cdd.*) omnem, quae corpus tegeret, dixerunt (*om. cdd.*). Ennius Telepho — idem in eadem (idem — stola *infra add. in L, sed fortasse m. 1*) II Fest. 145 mutire loqui. Ennius in Telepho Paul. 144 mutire loqui. Ennius Phaedr. III epil. 33 sq. ego quondam legi quam puer sententiam: palam e. q. s., dum sanitas constabit, pulchre meminero III Non. 537, 27 stolam veteres non honestam vestem solum, sed omnem quae corpus tegeret. Ennius Telepho Fest. 329 [squalidum in]cultum et sord[idum] — — [unde Ennius] in Telepho: quam ve ..... stola IV Non. 342, 15 mactare malo afficere significat — Ennius Telepho V Non. 429, 4 urbs est aedificia, civitas incolae — Ennius Telepho: set (*ita M;* Telefus et *L et m. 1 H;* Telefo et *G et ex corr. H*) VI Non. 490, 12 itiner pro iter. Ennius Telepho VII Non. 232, 24 advorsum rursum apud signi-

h. v. iunxit cum superiore 79 sunt, *quod post* virgines *positum est in C, traiecit in tertium locum O. Ribbeck* 80 septus *cdd. id.* medici; mendici *Leopardus* 81 muttire *Phaedri cd. Pithoean.*, mutture *Remensis teste Gudio* periculum est *Phaedrus* 82 abeo *Madvigius*, caveo *cdd.* hoc cum vestitu *O. Ribbeckius;* cum vestitus *libri Non.; de Festo supra dictum* septus *H et ex corr. L versus nondum sanatus, nisi fallor* 83 dii *cdd.* 84 incendier *Aldus*, incendere *v* 85 de *om. G* 86 ted ipsum op. hoc prof. *O. Ribbeckius* advorsus i. m. *vel* mihi advorsum illam *M*, advorsum illam mihi *Non.* 86 87 te ips. h. op. proloqui et profiteri advorsum illam mihi *Quicheratus octonario*

VIII

---- vérum quorum líberi letó dati
súnt in bello, nón lubenter haéc enodari aúdiunt.

IV. Achilles Aristarchi.

I

Agamemno.

exsúrge, praeco! fác populo audiéntiam!

praeco.

siléteque et tacéte atque animum advórtite!
iubét vos audire ímperator.

II*

Telisílli mater.

III**

Dánai, qui parént Atridae, quám primum arma súmite!

IV

------ prolato aere ástitit.

V

mortáles inter sése pugnant proéliant.

ficat — Ennius Telepho VIII Non. 15, 12 enoda significat explana — Ennius Telepho I Plaut. Poen. prol. 1 sqq. Achillem Aristarchi mihi commentari libet; inde mihi principium capiam ex ea tragoedia: silete — imp. histricus id. 11 exsurge e. q. s. II Varro VII, 87 lympha a nympha, ut quod apud Graecos *Θέτις*, apud Ennium: T. i. m. Achilli Arist. adscr. M. III Donat. 1769 soloecismus — per personas, sicut: Danai e. q. s. eodem exemplo in ead. re utuntur explan. in Don. II, IV, 564 K et Pompeius, V, 237; 291 ideo adscripserim Ennio, quod hunc in annalibus eadem figura, quae quidem longe rarissima est, usum sat constat ad Achillem Aristarchi haud incommode referri potest IV Fest. 242 'p. ae. a.' Ennius in Achille (*ita docti;* Achillae in *cd.*) Aristarchi cum ait, significat 'clypeo ante se protento' Paul. 243 'p. ae.' ap. En. sign. 'scuto a. s. protento' V Non. 472, 30 proeliant. Ennius

constituto 88 laeto *L H* 91 *ita M;* aud. i. v. *Plautus* 92 Thelis *Turnebus*, Thetis *Flor.* 93 Atridae *M*, atridi *Parisini 1180, 7530, Berolinensis Pomp. pg. 291, item testante Keilio Iulianus*, atrides *Don. Berol. m. 1;* atridis *cdd. Pompei 237; Parisin. 1179 pg. 291; Don. Lugdun., Paris., m. 2 Berol.; explan.* quod primum in arma *Berol. Pompei 291*, quam arma *Paris. 1179* 95 inta (*ita H, sed* it *m. 2 in ras.*) *cdd.;* inta, *quod ex seq.* inter *ortum, del. Duentzerus*

V. Achilles.

I

nam cónsilieis Danai óbvarant,
quibu' iám conceditì' córde.

II

–⏑–⏑–⏑– per ego deúm sublimas súbices,
úmidas, unde óritur imber sónitu saevo et spíritu.

III

sérva cives, défende hostes, cúm potes deféndere.

IV (*α*)

–⏑–⏑–⏑–⏑–⏑– summam tú tibi
pró mala vita fámam extolles, pró bona partam glóriam.

V (*β*)*

mále volentes fámam tollunt, béne volentes glóriam.

VI*

⏑–⏑–⏑– eo ego íngenio
natús sum –⏑–⏑–⏑–

Achille Ach. Arist. adscr. M. I Non. 147, 22 obvarare (obvarrare *L*) pervertere, depravare, dictum a varis. Ennius Achille II Gell. IV, 17, 8 (postquam questus est plerosque in his quae sunt obicere inicere sim. producere syllabam primam in versibus scandendis) verbum — 'iacio' — ubi compositum est, a littera in i mutatur — alterumque i vim consonantis capit et idcirco ii (*cdd.* ea) syllaba productius latiusque paulo pronuntiata priorem syllabam brevem esse non patitur ib. 14 Ennius in tragoedia quae Achilles inscribitur subices pro aere alto ponit, qui caelo subiectus est, in his versibus: per ego e. q. s. plerosque omnis tamen legere audias u littera producta Non. 169, 1 subices (*cdd.* subicis) nove positum, non a subiciendo, sed de altitudine. Ennius Achille: per — imber Fest. 305 subices Ennius in Achille pro subiectis posuit, eum dixit nubes: per — spiritu III Non. 277, 21 defendere tueri depellere (defendere, debellare, ueri *Bern. 347; item H, sed in hoc corr. m. 1*) Ennius Achille (in chille. que te *B 83; illa* que te *vel ex eo quod praecedit* Achille *orta vel ex lemmate quod sequitur; nam ibi est:* Titinius in Quinto) IV V Isid. differ. 218 inter famam et gloriam: gloria quippe virtutum est, fama vero vitiorum. Ennius in Achille: summam — partam gl.; idem alibi (*haec add. M, om v*): male e. q. s. VI Frontonis familiaris ap. Gell. XIX, 8, 6 inimicitiam Q. Ennius in illo (*fortasse* in Achille) memoratissimo libro dixit: eo, inquit, ingenio e. q. s.

96 consiliis *v*, consilius *G L H* Danai *add. M* obvarrant *L m. 2* 97 iam conceditì' corde *M*, tam concedit hic ordo *v* 98 sublimas *cdd. Nonii, item meliores Gellii*, sublimes *quid. interpol., om. Festus* subicis *edd. Non.* 99 umidas *L H Non.*, humidas *v* inde *Festus* saevo et spiritu *Delrio*, et *om. Festus;* strepitu *cdd. Gell.* 100 defendite *Bernens. 83* (*praecesserat Vergilianum:* solstitium pecori defendite) 102 pro bona partam *O. Ribbeckius;* et pro bona paratam *cdd. Isid.* 104 ego *pro* eo *m. 1 H Non.* ego *om. cdd. Gell; L Non. add. m. 2*

⏑ amícitiam atque inimícitiam in
fronteí promptam gero –⏑

VII (*α*)

quo núnc incerta re átque inoratá gradum
regrédere conare? –⏑–⏑–⏑–

VIII (*β*)

'regredi gressum' ex 'antiq. gloss.' affert C ut Ennianum.

IX

ita mágni fluctus eíciebantúr –⏑

VI. Hectoris lutra.

I

Hectór vi summa armátos educít foras
castrísque castras últro iam inferre óccupat.

II

nós quiescere aéquumst? nomus ámbo Vlixem –⏑–

III*

quís enim non est vúlneratus férro Phrygio? –⏑–

Non. 129, 26 inimicitia numero singulari. Ennius: eo — gero Achilli adscr. O. Ribbeckius VII Non. 166, 22 regredere, revocare. Ennius: Achille VIII schol. Gronov. ad Cic. in Verr. act. II, 1, 18 ita magni fluctus eiciebantur: Enniano hemistichio usus est ex ea tragoedia quae Achilles inscribitur I Non. 355, 15 occupare est proprie praevenire — Ennius Hectoris lutris (listris *cdd.*) II Diom. 382 (veteres) 'nomus' dicunt pro eo quod est 'novimus', ita ut Ennius in lustris III Cic. pro Roscio Am. 32, 90 multos caesos non ad Trasumenum lacum, sed ad Servilium vidimus. quis ibi e. q. s. schol. Gronoviana in h. l.: ferro Frugio. in Ennio haec fabula inducitur, Achilles quo tempore propter Briseidam cum Graecis pugnare noluit, quo etiam [tempore] Hector classem eorum incendit. in hac pugna Vlixes vulneratus inducitur et fugiens ad Achillem (Aiacem *recte Orellius*) venit. cum interrogaretur ab Aiace, cur fugisset, ille ut celaret dedecus suum: quis — Frugio? — Hect. l.

196 amicitia modo inimicitiam *L* 107 frontei *M;* fronte *Montepessulanus Non., Gell. Gruter., Palat.*, frontem *rell.* proptam *H*, promtam *L* *verba a Frontonis amico memoriter citata et a Gellio adulescentulo aure excepta et, cum multis annis post noctes Atticas scriberet, non magis profecto cum codice collata quam locus ex Caesaris de analogia libris, qui infra affertur, quem memoriae se mandasse suae ipse testatur paragr. 7, quin apud ipsum Gellium perscripta fuerint parum integra, non potest dubitari. ea, a nonnullis in septenarios trochaicos, sed eos pessimos, redacta,* equidem ambigo plerumque *an in hunc fere modum liceat suppleri:* ⏑–⏑–⏑– eo ego íngenio natús sum: odio mihi súnt falsi, qui amícitiam atque inimícitiam in fronteí promptam gero sémper 111 vi *Mercerus, id.* foras; *cdd.* ei (*L prius* ii) — in foras 112 castras *M*, castra *v* inferre *Merc.*, ferre *cd. plerique*, fere *G* 114 q. ibi n. e. v. *Cic.*, quis enim v. *schol.* frugio *ead.*

IV *

Eurypylus.

o Pátricoles, ad vós adveniens aúxilium et vestrás manus
petó, priu' quam oppetó malam pestém datam hostilí manu.
* * *
neque sánguis ullo pótis est pacto prófluens consístere.
* * *
siquí sapientiá magi' vestra mórs devitarí potest.
namque Aésculapi líberorum saúcii opplent pórticus:
non pótis accedi. — **Patricoles.** cérte Eurypylus híc quidem.
hominem exércitum!
Euryp. qui álteri exitiúm parat,
eum scíre oportet, síbi paratum, péstem ut participét parem.
Patr. eloquére, eloquere, rés Argivum proélio ut se sústinet.
Euryp. non pótis ecfari tántum dictis, quántum factis súppetit
labóris.
* * *
úbi fortuna Hectóris nostram acrem áciem inclinatám dedit.

V

Hectór, qui haud cessat óbsidionem obdúcere.

adscr. O. Ribbeck. IV Cic. tusc. II, 16 quin etiam videmus ex acie efferri saepe saucios, et quidem rudem illum et inexercitatum quamvis levi ictu ploratus turpissimos edere: at vero ille exercitatus et vetus ob eamque rem fortior, medicum modo requirens a quo obligetur: 'o Patricoles — hominem exercitum'. ubi tantum luctus continuatur, vide quam non flebiliter respondeat. rationem etiam adfert, cur aequo animo sibi ferendum sit: 'qui — parem'. abducet Patricoles, credo, ut conlocet in cubili, ut volnus obliget: si quidem homo esset; sed nihil vidi minus (*ita Victorius*, vidimus *libri*). quaerit enim quid actum sit: 'eloquere — laboris'. quiesce igitur et volnus adliga! etiam si Eurypylus posset, non posset Aesopus: 'ubi' e. q. s. idem orat. 46, 155 itaque idem poeta qui inusitatius contraxerat: patris mei meum factum pudet pro meorum factorum — non dicit liberum, sed ut isti volunt: neque tuum umquam in gremium extollas liberorum ex te genus. et idem 'namque Aesculapi liberorum'. at ille alter in Chryse — atqui dixit Accius: video e. q. s. Ennii esse haec intellexit Bergkius prooem. lectionum Marb. anni 1844 pg 9 V Festus 198 obsidionem potius dicendum esse quam obsidium adiuvat nos testimonio suo Ennius in Telamone — item alio loco Hect. lutris adscr. Bothius

116 datam *Bentleius*, mandatam *cdd.* *post versus 116 et 117 hausta quaedam intellexit O. Ribbeck.* 119 Aesculapii *cdd. tusc.* 120 potis *Bothius*, potest *cdd.* hic quidem. hominem *Tischerus*, hic quidem est hominem *cdd.* 123 eloquere *alterum deletum in Paris.* 124 potis *Davisius*, potest *cdd.* ecfari *Bruxell.*, haec fari *Gud.*, *Paris.* 126 dedit *ab O. Ribbeckio additum* 127 qui *v*, quidem *cd.*

VI *

ví patefecerúnt Bruges.

VII

quí cupiant dare árma Achilli, ut cúnctent?

VIII

ducít quadrupedum vim ínvictam indomitam éfferam et
iungít iugo,
quorúm tenacia ínfrenari válida vix quitúr minis.

IX

sublímiter
flammam hálitantes quadrupedántes ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

X

át ego, omnipotens Iúppiter,
téd exposco, ut hóc consilium Achívis auxilió fuat.

XI

saéviter fortúna ferri cérnunt de victória.

XII

aés sonit, frangúntur hastae, térra sudat sánguine.

XIII

quid hoc híc clamoris, quíd tumultist? nómen qui usurpát
meum?
quid in cástris strepitist?

VI Cic. orat. 48, 160 Burrum semper Ennius, numquam Pyrrhum: vi e. q. s., non Phryges. ipsius antiqui declarant libri Quintil. I, 4, 15 sed b quoque in locum aliarum dedimus aliquando, unde Burrus et Bruges et Belena Hect. lutr. potest adscribi VII Non. 469, 26 cunctant pro cunctantur — Ennius Ambracia — idem Hectoris lytris VIII Non. 407, 22 tenacia est perseverantia et duritia. Ennius Hectoris listris IX Diom. 336 similiter halare et halitare. Ennius in lustris X Non. 111, 15 fuam, sim vel fiam — Ennius Hectoris lytris (listris *G*, litris, *add. m. 2 s H*) XI Non. 511, 8 saeviter pro saeve — Ennius Phoenice — Afranius Simulante — Ennius Hectoris lytris XII Non. 504, 32 sonit pro sonat. Ennius Hectoris lytris (lystris *G H L*, lytris *Colbertinus*) XIII Non. 489, 28 tumulti. Ennius Hectoris lytris (lystris *G*,

128 fruges *Vitembergens.*, *Dresdens.*, *Einsidlens. m. pr.*, *ed. princ.* 129 ipse cunctent *cdd.* (cunctet *m. 1 H*); ipse, *quod ex superiore Ennii versu irrepsit, del. O. Ribbeckius* (ipsi *Iunius*) 130 131 *ita M; cdd.* ducet quadrupedum iugo invitam doma infrena et iuge valida quorum tenacia infrenari minis. *commenti sunt alii alia; quidam ἄμετρα, ut Buechelerus* 132 sublimiter *Scriverius*, sublime iter *B*, lublime iter *A*, lublime item *M* 133 f. h. q. *M*, *cdd.* q. (quadrupedantis *B*) f. h. (alitantes *B*) *trimetrum proponit Buechelerus*: s. f. h. quadrupedes 134 a ego *eraso supra* a *puncto ut vid. L* Iuppiter *add. O. Ribbeckius* 135 ted *Bothius*, te *cdd.* auxilii *id.*; *corr. Vossius* 136 ferri *C*, ferro *cdd.* 137 aes *N. Faber*, et *cdd.*

XIV

quaé mea comminús machaera atque hásta hostibit é manu.

XV

écce autem calígo obortast, ómnem prospectum ábstulit
derepente [contulit sese in pedes].

XVI

cónstitit, cernó, Scamander, árbores ventó vagant.

XVII

pér vos et vostrúm ducum
ímperium et fidém Myrmidonum, vígiles, conmisérescite!

XVIII

mélius est virtúte ius. nam saépe virtutém mali
nánciscuntur, iús atque aecum se á malis spernít procul.

XIX**

ímmo enim vero córpus Priamo réddidi, Hectorem ábstuli.

XX

ínferum vastós specus.

VII. Aiax.

I

˘ – qui rem cum Achívis gesserúnt statim.

lytris *L*, litris *H*, *sed in utroque* s *super script.*): quid — meum? id. 490, 7 strepiti pro strepitus. Ennius Hectoris lystris (lytris *Bambergens.*): quid in c. strepiti est? XIV Fest. 270 hostire pro aequare posuerunt. Ennius in Cresphonte — et in Hectoris lytris: quae (*ita Vrsin.;* innectoris lyrisque *cd.*) XV Non. 518, 18 derepente — Ennius Hectoris lytris XVI Non. 467, 31 vagas pro vagaris — Enn. Hectoris lytris XVII Non. 472, 27 miserescimus. Verg. aen. lib. II — Ennius Hectoris lytris (lystris *cdd.*) XVIII Non. 399, 8 spernere rursum segregare. Ennius Hectoris lytris (lystris *H et m. 2 L*, listris *G*) XIX Cic. tusc. I, 44, 105 trahit Hectorem ad currum religatum Achilles: lacerari eum et sentire credo putat. ergo hic ulciscitur ut quidem sibi videtur. at illa sicut acerbissimam rem maeret: vidi — raptarier. quem Hectorem aut quam diu ille erit Hector? melius et aptius (*ita M*, Accius et *v*) aliquando sapiens Achilles: immo e. q. s. Hectoris lutris adscr. M XX Non. 222, 33 specus gen. masculino — Ennius lytris I Non. 393, 13 statim producta prima syllaba a stando perseveranter et aequaliter significat. Terentius — Plautus

140 hostibit *Schoellius* (hostivit *Scal.*), hospius *cd.* e *add. Scal.* 141 oborta est *Bamberg.*, aborta est *rell.* 142 *illa* contulit sese in pedes *uncis seclusit M* pede *Bamb.* 143 cerno *M*, credo *cdd.* arboris *id.* 144 per vos *Palmerius*, servos *cdd.* vestrorum *Bamb.* ducum *add. M* 146 v. eius *cdd.; corr. Gulielm.* 147 nanciscuturius *L m. 1, in quo rasura supra* cu; nanciscum turuis *m. 1 H* ecum *G et in ras. H*, cum *L* 150 acivis *L*, achibidis *H, sed in utroque corr. m. 2*

II

lumén! iubarne in caélo cerno?

III

ánimam misso sángui tepido túllii efflantés vomunt.

VIII. Andromacha aechmalotis.

I

˘ – ˘ annos múltos longinque áb domo
bellúm gerentes súmmum summa indústria.

II

ex ópibus summis ópis egens, Hectór, tuae.

III*

vidí, videre quód me passa aegérrume,
Hectórem curru quádriiugo raptárier,
Hectóris natum dé muro iactárier.

IV

quantís cum erumnis íllum exanclaví diem!

Amphitryone — idem in eadem — Ennius Aiace II Varro VI, 6 eadem stella (vesper) vocatur iubar, quod iubata. Pacuvianus dicit pastor — Ennianus (*ita Vahlenus; cdd.* Ennius) Aiax id. VI, 81 cerno — pro video ait Ennius: l. e. q. s. id. VII, 75, 6 possunt triones dici septem, quod ita sitae stellae, ut ternae trigona faciant. alii, quod (*cdd.* aliquod) septem stellarum numerus sit, septem triones dictos putant. triones enim per se nihil significare, sed vocabuli esse supplementum, sicut in eo quod est 'quinquatrus' 'atrus' nihili sit. Ennius: (sept. st. — En. *add. M*) lumen e. q. s. (seq. v. Pac. qui VI, 6 praec.) III Fest. 352 [tullios al]ii dixerunt esse silanos, alii rivos arcuatim fluentis, quales sunt Tiburi in Aniene, alii vehementes proiectiones sanguinis. Ennius in Aiace Paul. 353 tullios e. q. s. Ennius: sanguine — volant I Non. 402, 3 summum, gloriosum, laudabile. Ennius Andromacha aechmalotide (*ita Rothius; cdd.* Andromaca haec malo) id. 515, 13 longinque et longiter pro longe: Accius . . . . . Ennius (*om. cdd.*) Andromacha aechmalotide (*cdd. plerique* Andromache ei malo) II Cic. tusc. disp. III, 19, 44 quaerendum igitur, quemadmodum aegritudine privemus eum, qui ita dicat: 'pol mihi fortuna magi' nunc defit quam genus' — ecce tibi ex altera parte ab eodem poeta: ex opibus e. q. s. III Cic. tusc. disp. I, 44, 105 sed plena errorum sunt omnia. trahit Hectorem ad currum religatum Achilles. lacerari eum et sentire, credo, putat. ergo hic ulciscitur, ut quidem sibi videtur. at illa sicut acerbissimam rem maeret: vidi — raptarier. quem Hectorem aut quam diu ille erit Hector? Varro X, 70 dicebant, ut quaestorem, praetorem, sic Hectōrem, Nestōrem. itaque Ennius ait: Hectoris e. q. s. haec coniuncta Andromachae add. Scal. IV Non. 292, 8 exanclare etiam significat perpeti. Ennius Andromache aechmalotide: quantis (*ita Rothius;*

151 *v. supra* 152 animam misso sangui *Hermannus;* aiax misso sanguine *cd. Festi; de Paulo dictum supra* tulii *cd. Fest.* vomunt *M*, volant *cdd.* 153 longique *cdd. 402* a domo *id. 515* 156 quod sum *cdd. quid. deteriores* 157 curro *Reg., Gudian.* 158 de troiano muro *Flor.; corr. Scal.* iactarier *id.*, iactari *Flor.* 159 erumnis *G L*, herumnis *prius H*

XIV

quaé mea comminús machaera atque hásta hostibit é manu.

XV

écce autem calígo obortast, ómnem prospectum ábstulit
derepente [contulit sese in pedes].

XVI

cónstitit, cernó, Scamander, árbores ventó vagant.

XVII

pér vos èt vostrúm ducum
ímperium et fidém Myrmidonum, vígiles, conmisérescite!

XVIII

mélius est virtúte ius. nam saépe virtutém mali
nánciscuntur, iús atque aecum se á malis spernít procul.

XIX**

ímmo enim vero córpus Priamo réddidi, Hectorem ábstuli.

XX

ínferum vastós specus.

VII. Aiax.

I

˘ – qui rem cum Achívis gesserúnt statim.

lytris *L*, litris *H*, *sed in utroque* s *super script.*): quid — meum? id. 490, 7 strepiti pro strepitus. Ennius Hectoris lystris (lytris *Bambergens.*): quid in c. strepiti est? XIV Fest. 270 hostire pro aequare posuerunt. Ennius in Cresphonte — et in Hectoris lytris: quae (*ita Vrsin.;* innectoris lyrisque *cd.*) XV Non. 518, 18 derepente — Ennius Hectoris lytris XVI Non. 467, 31 vagas pro vagaris — Enn. Hectoris lytris XVII Non. 472, 27 miserescimus. Verg. aen. lib. II — Ennius Hectoris lytris (lystris *cdd.*) XVIII Non. 399, 8 spernere rursum segregare. Ennius Hectoris lytris (lystris *H et m. 2 L*, listris *G*) XIX Cic. tusc. I, 44, 105 trahit Hectorem ad currum religatum Achilles: lacerari eum et sentire credo putat. ergo hic ulciscitur ut quidem sibi videtur. at illa sicut acerbissimam rem maeret: vidi — raptarier. quem Hectorem aut quam diu ille erit Hector? melius et aptius (*ita M*, Accius et *v*) aliquando sapiens Achilles: immo e. q. s. Hectoris lutris adscr. M XX Non. 222, 33 specus gen. masculino — Ennius lytris I Non. 393, 13 statim producta prima syllaba a stando perseveranter et aequaliter significat. Terentius — Plautus

140 hostibit *Schoellius* (hostivit *Scal.*), hospius *cd.* e *add. Scal.* 141 oborta est *Bamberg.*, aborta est *rell.* 142 *illa* contulit sese in pedes *uncis seclusit M* pede *Bamb.* 143 cerno *M*, credo *cdd.* arboris *id.* 144 per vos *Palmerius*, servos *cdd.* vestrorum *Bamb.* ducum *add. M* 146 v. eius *cdd.; corr. Gulielm.* 147 nanciscuturius *L m. 1, in quo rasura supra* cu; nanciscum turuis *m. 1 H* ecum *G et in ras. H*, cum *L* 150 acivis *L*, achibidis *H, sed in utroque corr. m. 2*

II

lumén! iubarne in caélo cerno?

III

ánimam misso sángui tepido túllii efflantés vomunt.

VIII. Andromacha aechmalotis.

I

˘ – ˘ annos múltos longinque áb domo
bellúm gerentes súmmum summa indústria.

II

ex ópibus summis ópis egens, Hectór, tuae.

III*

vidí, videre quód me passa aegérrume,
Hectórem curru quádriiugo raptárier,
Hectóris natum dé muro iactárier.

IV

quantís cum erumnis íllum exanclaví diem!

Amphitryone — idem in eadem — Ennius Aiace II Varro VI, 6 eadem stella (vesper) vocatur iubar, quod iubata. Pacuvianus dicit pastor — Ennianus (*ita Vahlenus; cdd.* Ennius) Aiax id. VI, 81 cerno — pro video ait Ennius: l. e. q. s. id. VII, 75, 6 possunt triones dici septem, quod ita sitae stellae, ut ternae trigona faciant. alii, quod (*cdd.* aliquod) septem stellarum numerus sit, septem triones dictos putant. triones enim per se nihil significare, sed vocabuli esse supplementum, sicut in eo quod est 'quinquatrus' 'atrus' nihili sit. Ennius: (sept. st. — En. *add. M*) lumen e. q. s. (seq. v. Pac. qui VI, 6 praec.) III Fest. 352 [tullios al]ii dixerunt esse silanos, alii rivos arcuatim fluentis, quales sunt Tiburi in Aniene, alii vehementes proiectiones sanguinis. Ennius in Aiace Paul. 353 tullios e. q. s. Ennius: sanguine — volant I Non. 402, 3 summum, gloriosum, laudabile. Ennius Andromacha aechmalotide (*ita Rothius; cdd.* Andromaca haec malo) id. 515, 13 longinque et longiter pro longe: Accius . . . . . Ennius (*om. cdd.*) Andromacha aechmalotide (*cdd. plerique* Andromache ei malo) II Cic. tusc. disp. III, 19, 44 quaerendum igitur, quemadmodum aegritudine privemus eum, qui ita dicat: 'pol mihi fortuna magi' nunc defit quam genus' — ecce tibi ex altera parte ab eodem poeta: ex opibus e. q. s. III Cic. tusc. disp. I, 44, 105 sed plena errorum sunt omnia. trahit Hectorem ad currum religatum Achilles. lacerari eum et sentire, credo, putat. ergo hic ulciscitur, ut quidem sibi videtur. at illa sicut acerbissimam rem maeret: vidi — raptarier. quem Hectorem aut quam diu ille erit Hector? Varro X, 70 dicebant, ut quaestorem, praetorem, sic Hectōrem, Nestōrem. itaque Ennius ait: Hectoris e. q. s. haec coniuncta Andromachae add. Scal. IV Non. 292, 8 exanclare etiam significat perpeti. Ennius Andromache aechmalotide: quantis (*ita Rothius;*

151 *v. supra* 152 animam misso sangui *Hermannus;* aiax misso sanguine *cd. Festi; de Paulo dictum supra* tulii *cd. Fest.* vomunt *M*, volant *cdd.* 153 longique *cdd. 402* a domo *id. 515* 156 quod sum *cdd. quid. deteriores* 157 curro *Reg., Gudian.* 158 de troiano muro *Flor.; corr. Scal.* iactarier *id.*, iactari *Flor.* 159 erumnis *G L*, herumnis *prius H*

V

160a Andrómachae nomen qui índidit, recte índidit.

VI**

160b Hecuba, hóc dolet pudét piget.

VII

⏑ – ⏑ – ⏑ séd quasi aut ferrum aút lapis
durát, rarenter gémitum conatú trahens.

VIII

quíd petám praésidi aút éxsequár? quóve núnc
aúxilió éxilí aút fugaé fréta sím?
árce et úrbe órba súm. quo áccidám? quo ápplicém?

malo torquentis *G L*, torquantes *Genev. et m. pr. H; quod sec. mutatum in* torquaentis) V Varro VII, 82 apud Ennium: Andromachae e. q. s. imitari dum volt Euripidem et ponere *ἔτυμον*, est lapsus. nam Euripides quod Graeca posuit, *ἔτυμα* sunt aperta — quis potest intellegere viro adversam significare: Andromachae — indidit VI Quintil. IX, 3, 77 fit etiam singulis verbis (*ὁμοιοτέλευτον*): Hecuba e. q. s. Ennio adscr. Langius potuere esse verba Andromachae est autem dimeter iambicus, clausulae loco positus VII Non. 515, 26 rarenter — Ennius Andromacha VIII Cic. tusc. disp. III, 19, 44 quaerendum igitur quemadmodum aegritudine privemus eum, qui ita dicat: pol mihi e. q. s. huic subvenire debemus, quaerit enim auxilium: quid — crispa. scitis quae sequantur et illa inprimis: o pater — regifice. o poetam egregium! quamquam ab his cantoribus Euphorionis contemnitur. sentit omnia repentina et necopinata esse graviora. exaggeratis igitur regiis opibus, quae videbantur sempiternae fore, quid adiungit? haec — turpari. praeclarum carmen! est enim et rebus et verbis et modis lugubre id. de orat. III, 47, 183 paeon — par fere cretico, qui est ex longa et brevi et longa, ut: quid — quove nunc hunc versum ex hoc loco petitum affert in eadem re Rufinus p. 578 ed. Halm. Cic. de orat. III, 26, 101 quid ille alter (de Roscio dictum ante): 'quid pet. praes'. quam leniter, quam remisse, quam non actuose! instat enim: 'o pater — domus'; in quo tanta commoveri actio non posset, si esset consumpta superiore motu et exhausta id. orat. 27, 93 alio modo transtulit cum dicit Ennius: arce et urbe orba sum, alio modo (*add. cdd.* si pro patria arcem dixisset et) horridam Africam terribili tremere tumultu ad v. 169 respiciens Servius in aen. II, 241 o patria: versus Ennianus Cic. de orat. III, 58, 217 aliud (vocis genus sibi sumit) miseratio ac maeror, flexibile, plenum, interruptum flebili voce — et illa: 'o pater — domus' et quae sequuntur: 'haec — evitari' id. tusc. disp. I, 35, 85 Priamum — hostilis manus interemit. hic si vivis filiis incolumi regno occidisset 'astante ope barbarica', utrum tandem a bonis an a malis discessisset? tum profecto videretur a bonis. at certe ei melius evenisset, nec tam flebiliter illa canerentur: haec — turpari Serv. in aen. I, 726 laquearibus.

160a Andromache *Flor. l. utroque id. priore:* recte ei indidit 161 aut *prius om. G, Bamberg.; id. deletum in H* 162 rarenter *m. 1 in ras. script. in L* conatu trahens *Lipsius*, conatur trabem *cdd.* 163 sqq. *numeros disposuit Bentleius* 164 aut auxilio *Hermannus; sed graviores hunc v. traxisse labes Ciceronis incuria docent numeri elumbes* exili *om. quid. libri deteriores* fugae *Oxoniens. unus*, fuga *rell.* 165 arcem et urbem orbas *vel* arcent urbem orbam *libri potiores oratoris* accedam *cdd. optimi*

cuí nec arae pátriae domi stant, fráctae et disiectaé iacent,
fána flamma déflagrata, tósti alti stant párietes
déformati atque ábiete . . . . . crispa.

* * *

o páter, o patria, o Príami domu',
saeptum áltisono cardíne templum!
vidi égo te astante ope bárbarica,
tectís caelatis lácuatis,
auro, ébore instructam régifice.
haec ómnia videi inflámmarei,
Priamó vi vitam evítarei,
Iovis áram sanguine túrparei.

IX

Acherúnsia templa alta Órci ⏑ – ⏑
pallída leto, nubíla tenebris,
loca sálvete infera – ⏑

legitur et lacuaribus. Cic. tusc.: tectis — lacuatis Cic. tusc. disp. III, 22, 53 hi poterant omnes eadem illa de Andromacha deplorare: 'haec omnia vidi', sed iam decantaverant fortasse Non. 181, 1 turpari, a turpitudine. Cic. tusc. lib. III (*ita L m. 1, v. IIII*): Iovis — turpari nonnulla ex hoc cantico in Accii Eurysacem, cum ageretur anno u. c. 696, ab Aesopo translata coniecit O. Ribbeckius; cf. Cic. pro Sest. 57, 121, ubi citantur haec: 'o pater' et 'haec omnia vidi inflammari' *παρῳδεῖ* Plaut. Bacch. 932, 3 nunc huc prius quam senex venit, lubet lamentari, dum exeat: o Troia, o patria, o Pergamum! o Priame, periisti senex ad Tac. ann. XIII, 15 illa: 'constanter exorsus est (Britannicus) carmen quo evolutum eum sede patria rebusque summis significabatur' notat Lipsius videri respici anapaestica Ennii IX Varro VII, 6 in caelo templum dicitur, ut in Hecuba — in terra, ut in Periboea — sub terra, ut in Andromacha: Acherusia templa alta O. salvete infera Cic. tusc. disp. I, 21, 48 quae est anus tam delira, quae timeat ista, quae vos videlicet, si physica non didi-

166 patri' *Bentleius* 167 alii *cdd. optimi* 168 *aut* atque *delendum aut post* abiete *lacunae signum ponendum* abiecte, *sed corr., Gudian.* 171 adstantem *cdd. opt. tusc. III, 19, 44* 172 laqueatis *Cicero;* lacuatis *testatur Servius* 173 regificem *cdd. opt., sed in Bruxell.* m *deletum* 174 videi *Vahlenus, item* 175 evitarei; videt — evitaret *Abrincensis, Erlang. alter l. de or.*, vidi — evitari *rell.* 174 176 inflammarei — turparei *O. Ribbeckius* 175 vi *om. Erlang. alter.* 177—179 *locus et a Cicerone et a Varrone neglegentius citatus, ut restitui vix possit. anapaesticum videri adsentior Bergkio* 177 Acherusia *Varro post illud* Orci *fortasse non modo unus pes sed et versus haustus* 178 pallida — loca *om. Varro* leto nubila *Bruxell.*, leti onubila *Gudian., Parisin.* 179 salvete infera *om. Cic.* mortis *vel* noctis *add. O. Ribbeckius*

X

nam ubi íntroductast púerumque ut laverént locant
in clípeo.

XI

quíd fit? seditió tabetne an números augificát suos?

XII

nám neque iratí neque blandi quícquam sinceré sonunt.

XIII

⏑⏑–⏑⏑– rapit éx alto
navís velivolas.

XIV

Fest. 298 [summu]ssi dicebantur [murmuratores] . . Naevius — Ennius in sexto — [idem Enniu]s in Andromacha: dic[ere . . . . no]n est; nam mussare si . . . . . .

IX. Hecuba.

I

undantém salum.

II

Servius in aen. VII, 320 Cisseis: regina Hecuba filia secundum Euripidem Cissei, quem Ennius, Pacuvius et Vergilius sequuntur. — eadem schol. in Stat. achill. I, 22.

III

o mágna templa caélitum, commíxta stellis spléndidis.

IV

heú me miseram, intérii! pergunt lávere sanguen sánguine.

cissetis, timeretis: Acherunsia — loca X Non. 504, 15 laverent (lavere *cdd.*) etiam inde manavit — Ennius Andromacha XI Non. 76, 2 augificat, auget. Ennius Andromacha XII Non. 505, 25 sonunt — Ennius Andromache aechmalotide (*ita Rothius;* andromace ethemapotide *libri*) XIII Macrob. VI, 5, 10 (aen. I, 224) mare velivolum — Ennius in XIIII — idem in Andromache (dromachera *Par.*) Serv. in aen. I, 224 velivolum — quod velis volat, ut Ennius 'navis velivolas', qui et proprie dixit I Non. 223, 24 salum — masculini generis. Ennius Hecuba III Varro VII, 6 in caelo templum dicitur, ut in Hecuba IV Non. 224, 7 sanguis — neutro. Ennius Hecuba id. 466, 27

180 puerorumque *G* 181 in clypeo *Aldus*, in cipeo *G H*, in cypeo *L* 182 tabesne *cdd.; corr. Lipsius* numeros *v*, numerus *cdd.; fortasse* nervos 183 quiquam *cdd.; in L* c *supra additum et statim deletum* 184 capit *Par. Macrob.* 185 navius *Cassell. m. 1*, naves *id. m. sec. cum reliquis Serv. et Macrob. libris* 188 *pg. 224 H m. 1* eheu eheu me, *sec.*: heu me; *466 G* eu miserum *cdd. 504* labere *id. 224* (lambere *m. 1 H*) sanguen *om. L 504; 466 m. 2 add. in eod.; 504 m. 2 add. in H;* sanguinem *cdd. ibid.*

V

haéc tu etsi pervérse dices, fácile Achivos fléxeris.
nám opulenti cúm locuntur páriter atque ignóbiles,
éadem dicta eadémque oratio aéqua non aequé valet.

VI*

extémplo acceptam mé necato et fíliam.

VII

⏑⏑–⏑⏑– miseréte! manu
date férrum, qui me animá privem!

VIII

senéx sum; utinam mortem óbpetam, priu' quam évenat,
quod ín pauperie meá senex gravitér gemam.

IX*

nimiúm bonist ⏑–⏑ cui nil ést mali.

X

set númquam scripstis, quí parentem aut hóspitem
necásset, quos quis crúciatus perbíteret.

lavare — vetustatis auctoritas posuit etiam pro polluere — Ennius Hecuba id. 504, 6 lavere inde (a 'lavit') tractum est. Ennius Telamone — idem Hecuba V Gell. XI, 4, 1 sqq. Euripidis versus sunt in Hecuba verbis sententia brevitate insignes inlustresque. Hecuba est ad Vlixem dicens: *τὸ δ' ἀξίωμα* e. q. s. (293—95). hos versus Q. Ennius, cum eam tragoediam verteret, non sane incommode aemulatus est. versus totidem Enniani sunt: haec tu e. q. s. bene, sicut dixi, Ennius. sed ignobiles tamen et opulenti *ἀντὶ ἀδοξούντων καὶ δοκούντων* satisfacere sententiae non videntur. nam neque omnes ignobiles *ἀδόξοῦσι* neque omnes opulenti *εὐδοξοῦσιν* VI Varro VII, 13 etiam addidem illud Enni (*ita Scal.; cdd.* enim): extemplo e. q. s. extemplo enim est continuo Hecubae adscr. Bothius VII Non. 474, 30 miserete. Ennius Hecuba VIII Non. 494, 1 pauperies pro paupertate. Ennius Hecuba ex eod. fonte id. 507, 18 evenat pro eveniat. Ennius Hecuba IX Cic. de fin. II, 13, 41 non enim, si malum est dolor, carere eo malo satis est ad bene vivendum. hoc dixerit potius Ennius: nimium e. q. s. nos beatam vitam non depulsione mali, sed adeptione boni iudicemus ad Hec. rett. Muretus X Non. 153, 28 per-

189 h. tametsi *Lugd. uterque Gronovio teste* 190 locuntur *Bern.*, loquuntur *libri plerique* 192 acceptam *Vossius, qui tamen praefert* arreptam; acceptum *Flor. id.* negato; *corr. Scal.* filiam *Bothius*, filium *v* 193 miserete; ete *in ras. L* manu *M*, manus *cdd.* (*in L* m *punctis notatum, sed quae statim sint deleta*) 195 196 *prior versus metro inconcinnus, sensu cassus alter, ut graviores corruptelas locum traxisse appareat molliores erunt numeri tales*: sen. s.; mortem utinam e. q. s. moriar mortem oppetam *cdd. 494* priquam *G 507* pauperiem s. *494 Bamberg.* 197 n. boni profecto est *Hermann.* nil *Fleckeisen.*, nihil *libri* 198 199 scripstis *Herm.*; scripsistis *cdd.* quis — necassat *id.; corr. Iun.* cruciatus *M*, cruciatur *cdd.* (quo quis cruciatu *Iun.*)

XI

vide húnc, meae in quem lácrumae guttatím cadunt.

XII

quaé tibi in concubió verecunde ét modice morém gerit.

XIII**

- - - - - - palmis, crínibus.

XIV

Iúppiter tibi súmme tandem mále re gesta grátulor.

X. Telamo.

I*

égo cum genui, túm morituros scívi et ei re sústuli.
praéterea ad Troiám cum misi ob défendendam Graéciam,
scíbam me in mortíferum bellum, nón in epulas míttere.

II

stráta terrae lávere lacrumis véstem squalam et sórdidam.

bitere (*cdd.* pervitere), perire — Ennius Hecuba XI Non. 115, 33 guttatim — Ennius Hecuba XII Non. 342, 23 modicum veteres moderatum et commodum dici volunt — Ennius Hecuba XIII Cic. or. 45, 153 sine vocalibus saepe brevitatis causa contrahebant, ut ita dicerent: 'multimodis', 'vas argenteis', 'palm et crinibus', 'tecti fractis'. ex Ennii Hecuba illa 'palm et crinibus' videri sumpta monuit Iahnius XIV Non. 116, 28 gratulari gratias agere. Ennius (Cannius *m. 1 L*) I Cicero tusc. disp. III, 13, 28 videntur enim omnia repentina graviora. ex hoc et illa iure laudantur: ego cum e. q. s. ib. 24, 58 atque hoc idem et Telamo ille declarat: ego cum genui (*in Paris. m. recentiore addita*: tum morituros scivi et ei rei sustuli) Seneca ad Polyb. de consol. XI, 30 quanto ille iustior, qui nuntiata filii morte dignam magno viro vocem emisit: 'ego — scivi' — non accepit tanquam novum nuntium filii mortem — 'ego — scivi'. deinde adiecit rem maioris et prudentiae et animi: 'et huic rei sustuli' Fronto de bello Parth. (p. 217 Naber.) an cunctetur de militibus nostris Mars pater illa dicere: ego — mittere haec verba Telamo Troiano bello de suis liberis semel elocutus est ex Cic. tusc. III, 13, 28; 14, 30 petita Hieronymus epitaph. Nepotiani I, 592 (ed. Mign.): ubi illud ab infantia studium litterarum et Anaxagorae ac Telamonis semper laudata sententia: sciebam me genuisse mortalem Ennii Telamoni adscr. Hermannus II Non. 172, 19 squalam pro squalidam. Ennius Telamone id. 504, 4 lavere inde

200 hunc — quem *Mercerus;* hinc — quam *cdd.* meae *pro* lacrimae *L* 201 tibi quae *Geppertus* cubio *Genev., Bern. 83, item m. 1 H* 202 palmis, crinibus *O. Ribbeckius;* palm et crinibus *Cicero, corruptum secutus exemplar* 203 Iupiter *H et m. 1 L* 204 morituros *Seneca, quidam libri interpolati ap. Cic. tusc. disp. III, 24, 58* huic *Seneca* rei *cdd.* 205 *ita refinxit Fronto* praeterea cum in (*cd.* ob) terrae orbem missi (*ita cd.*) ob defendendum imperium 206 scibam *Fronto*, sciebam *cdd. Ciceronis* in mortifera bella *Fronto* 207 terra *L H 504* labere *cdd. 504* lacrimis *id. 172* squalidam *traditum 504.*

III

égo deum genus ésse semper díxi et dicam caélitum,
séd eos non curáre opinor, quíd agat humanúm genus;
nám si curent, béne bonis sit, mále malis; quod núnc abest.

IV (α)

séd superstitiósi vates ínpudentesque árioli,
aút inertes aút insani aut quíbus egestas ímperat,
quí sibi semitám non sapiunt, álteri monstránt viam,
quíbu' divitias póllicentur, áb eis drachumam ipsí petunt.
de hís divitiis síbi deducant dráchumam, reddant cétera.

V (β)*

quí sui quaestus caúsa fictas súscitant senténtias.

VI

deúm me sancit fácere pietas, cívium porcét pudor.

VII

móre antiquo audíbo atque auris tu íbi contra utendás dato.

VIII

scíbas natum ingénuum Aiacem, cuí tu obsidioném paras.

IX

eándem in me suspícionem scéleris partivít pater.

(a lavo, lavis) tractum est. Ennius Telamone III Cic. de div. II, 50, 104 quis hoc vobis dabit? Epicurusne an noster Ennius, qui magno plausu loquitur adsentiente populo: ego — genus. et quidem cur sic opinetur, rationem subicit. sed nihil est necesse dicere quae sequuntur id. de nat. deor. III, 32, 79 Telamo autem uno versu totum locum conficit, cur di homines neglegant cf. quae ad locum inseq. sunt notata IV Cic. de div. I, 58, 132 non habeo enim nauci Marsum augurem, non vicanos haruspices — non enim sunt hi aut scientia aut arte divini, sed e. q. s. atque haec quidem Ennius, qui paucis ante versibus esse deos censet, sed eos non curare opinatur, quid agat humanum genus V Cic. de div. I, 40, 88 Amphiaraus et Tiresias, non humiles et obscuri, neque eorum similes, ut apud Ennium est, qui — sententias VI Non. 160, 5 porcet significat prohibet — Ennius Telamone VII Non. 506, 1 audibo pro audiam. Ennius Telamone (Telemone *cdd.*) VIII Fest. 198 obsidionem potius dicendum esse quam obsidium adiuvat nos testimonio suo Ennius in Telamone quom ait: scibas e. q. s. IX Non. 475, 24 partiret pro partiretur

211 sed *utrum Ennii sit an Ciceronis recte dubitat O. Ribbeckius* 212 insani, quibus *Hermannus* 214 his *cdd.* dracumam *Ribbeck.; cdd.* dracmam, dragmam, drachmam 215 drachumam *A, item m. 1 B et V, 2 V* dracmam, *B* dragmam 216 factas suscitam *Vindob. m. 1* 217 sancit *Bergkius*, sentit *cdd.* 218 atque *Bamberg.*, neque *rell.* tu ibi — dato *M*, tibi — dabo *v* 220 in me *Delrio*, me in *G, L, om.* in *m. 1 H*

X

nam íta mihi Telamónis patris, avi Aéaci et proaví Iovis
grátia astet átque hoc lumen cándidum clarét mihi.

XI

Diomed. 378 'abnueo' — ut Ennius octavo annalium — idem in Telamone ex eo futurum 'abnuebunt'.

XI. Eumenides.

I

ego sápere opino esse óptumum pro víribus:
tacére et fabulári tute nóveris.

II

nísi patrem matérno sanguine éxanclando ulciscérem.

III

id ego aécum ac ius fuisse éxpedibo adque éloquar.

IV

édico vicísse Orestem. vós ab hoc facéssite.

V*

Aréopagitae quód dedere aequóm puta.

VI**

suo non íntermittit témpore
caelúm nitescere, árbores frondéscere,
vités laetificae pámpinis pubéscere,

— Ennius Telamone X Non. 85, 23 claret, clara sit (*cdd.* clara est) vel clareat — Ennius Telamone I Non. 475, 3 opino pro opinor — Ennius Eumenidibus II Non. 292, 15 exanclare effundere III Non. 505, 8 expedibo pro expediam — Ennius Eumenidibus IV Non. 306, 28 facessere significat recedere. Ennius Eumenidibus V Varro VII, 19 Ennii: Areopagitae e. q. s. Areopagitae ab Areo pago huc rett. Scal. VI Cic. tusc. I, 28, 69 hic ubi habitamus non intermittit suo tempore caelum e. q. s. id. de or. III, 3, 154 saepe sine coniunctione verba novantur — ut: bacarum u. i. Non. 122, 7 incurviscere Cicero de oratore lib. III ut: b. u. i.; ita et in tuscul. lib. I

221 avi Aeaci *Bergkius*, atque faci *cdd.* 222 astet *Buechelerus, qui recte illud* claret *habet pro coniunct.*, ea est *cdd.* 223 224 ego sapere o. e. o. p. v.: tacere et *M; et ita Bothius exc. quod apud eum est* sapere esse opinor optimum — tacere ac; *cdd.* tacĕre opino esse optumum (optutum *G*) et pro viribus sapere atque (adque *L m. 1*) fabularitate *Bamberg.* 226 fecisse *cdd., corr. Guilielm.* adque *L m. 1*, atque *rell.* eloquor *G* 227 edico *M*, dico *v* Horestem — facessite *cd. Vrbinas*, Oresten — facessit *rell.* 228 quod *M*, quid *Fl.* aequom puta *M*, quam pudam *Fl.*; Areopagitae, qui edidere aequom palam *Bothius* 229 suo non intermittat t. *Hermannus* 231 laetificare *Paris.*

ramí bacarum ubértate incurvéscere,
segetés largiri frúges, florere ómnia,
fontés scatere, herbis práta convestírier.

XII. Alcumaeo.

I

factumst iám diu.

II

múltimodis sum círcumventus, mórbo, exilio atque ínopia;
túm pavor sapiéntiam omnem mi éxanimato expéctorat,
tétrum, terribilém minatur vítae cruciatum ét necem;
quaé nemost tam fírmo ingenio et tánta confidéntia,
quín refugiat tímido sanguen átque exalbescát metu.

III

unde haéc flamma oritur? —
in caédem meam, in caedem ádsunt, adsunt, me éxpetunt! —

Ennii Eumen. adscr. Hermannus ad Aesch. Eum. 894 I Non. 127, 13 iamdiu pro olim — Ennius Alcmaeone II Cic. de orat. III, 58, 218 aliud (vocis genus sibi sumit) metus, demissum et haesitans et abiectum: multimodis — metu id. de fin. IV, 23, 62 eius, qui honeste viveret, si idem etiam bene valeret, bene audiret, copiosus esset, optabiliorem fore vitam melioremque et magis expetendam, quam illius, qui saepe vir bonus multimodis (multis modis *cdd.*) esset, ut Ennii Alcmaeo, circumventus — inopia idem de orat. III, 38, 154 novantur autem verba, quae ab eo qui dicit ipso gignuntur ac fiunt, vel coniungendis verbis, ut haec: tum — expectorat id. tusc. disp. IV, 8, 19 pavorem, metum mentem loco moventem, ex quo illud Enni: tum — expectorat; cf. Quintilian. VIII, 3, 31 at veteres ne 'expectorat' quidem timuerunt Non. 16, 7 expectorare est extra pectus eicere. Cic. de orat. lib. III tum — expectorat Cic. de fin. V, 11, 31 quis est enim aut quotus quisque, cui mors cum appropinquet non 'refugiat' e. q. s. Non. 224, 16 sanguis masculino genere — neutro — Cic. de fin. bon. et mal. lib. V quotus quisque est, cui — metu Prisc. 708 veteres hoc sanguen dixerunt. Cic. in Hortensio: ut ait Ennius: 'refugiat' e. q. s. III Cic. acad. pr. II, 28, 89 quid loquar de insanis? — quid ipse Alcmaeo tuus, qui negat cor sibi cum oculis consentire, nonne ibidem incitatus furore: 'unde' e. q. s. et illa

232 vacarum *cd. Abrinc. l. de or.*, vaccarum *Erlang. alt.*; baccarum *H, L 1, in quo* c *alterum m. 1 add., non G* ubertatem *cdd. Non.; id.* incurviscere 236 multimodis sum *Bothius; cf. Cic. or. 45, 153;* multis sum modis *cdd. mel. Cic. de orat.* 237 mi *om. Abrinc. Erlang. prior de orat. III, 218;* mihi *cdd. tusc. disp.; ap. Non. H L* omnem sapientiam mihi, *G* sapientiam mihi omnem ex anima *cdd. tusc. idem* expectoret *vel* expectaret 238 tetrum *add. M;* alter *cdd. deteriores lib. de orat., om. Abrinc., Erlang. prior* minitatur *libri deteriores* 240 fugiat *Nonius* timedo *G ap. Priscian. m. 1* sanguis *libri Cic. de fin.;* sanguine *cdd. Cic. de orat. praeter Abrinc., Erlangenses* 242 in caedem meam, in caedem *M, cdd.* incede incede *vel* in caede in caede adsunt, adsunt *Orellius*, adsunt *cdd.*

fer mi aúxilium, pestem ábige a me,
flammíferam hanc vim, quae me éxcruciat.
caerúlea incinctae angui íncedunt,
circúmstant cum ardentíbu' taedis. —
in me íntendit crinítus Apollo
arcum aúratum, luna ínnixus,
Diána facem iacit á laeva.

IV

séd mihi neutiquam cór consentit cum óculorum adspectú --

XIII. Medea exul.

I

Medeam Ennii ad verbum expressam e fabula Graeca dicit Cic. de fin. I, 2, 4; quod tamen minime verum est.

II

Nutrix.

utinám ne in nemore Pélio secúribus
caesa áccidisset ábiegna ad terrám trabes,

deinceps: 'in caedem — expetunt'. quid cum virginis fidem inplorat: 'fer — taedis'. num dubitas, quin sibi haec videre videatur? itemque cetera: 'intendit — a laeva' Cic. pro Rosc. Amer. 24, 67 quemadmodum in fabulis saepenumero videtis eos, qui aliquid inpie scelerateque commiserint, agitari et perterreri Furiarum 'taedis ardentibus' cf. et in Pison. 20, 46 post 241; 242; 246 omissa quaedam a Cicerone vix est quod moneatur IV Cic. acad. prior. II, 17, 52 idem contingit insanis, ut et incipientes furere sentiant et dicant aliquid quod non sit, id videri sibi, et cum relaxentur sentiant atque illa dicant Alcmaeonis: sed — adspectu ib. 27, 88 furiosorum visa imbecilliora esse dicebas quam — sanorum — Alcmaeo autem: sed — consentit cf. et ibid. 89; 90 Fest. 165 neutiquam [pro nullo modo dici testis est Ennius] cum ait: sed . . . . . lorum aspect . . . . . II auctor ad Herenn. II, 22, 34 hic id quod extremum dictum est satis fuit exponere, ne Ennium et ceteros poetas imitemur, quibus hoc modo loqui concessum est: utinam — saucia. nam hic satis erat dicere, si id modo, quod esset satis, curarent poetae: utinam ne era errans — saucia Cic. de invent. I, 49, 91 huiusmodi est illa quoque conquestio: utinam — trabes.

243—246 *v dispositi tetrametris trochaicis pessimis* 245 caerulea *Vindobon. ut videtur; Goerenzius;* caeruleae *Lugdun. uterque;* caeruleo *C* angui *id.*, igni *libri* 246 tedis *Lugd. 84* 247 in me *add. M* 250 aspectu *Vossian. 84* truci *add. O. Ribbeckius* 251—259 *ex dittographiarum numero paene infinito elegi pauculas et quidem eas, quae aliquid commodi viderentur afferre posse doctis* 252 *cum parum usitatum esset* trabes *singulari numero, pars auctorum vel librar. scrips.* caesae accidisset (*vel* cecidisset *sim.*) abiegnae — trabes; caesae cec. *et Prisc. pg. 1325* accedisset *libri optimi Prisc. pg. 751* *ib.*

neve índe navis íncohandae exórdium
coepísset, quae nunc nóminatur nómine
Argó, quia Argivi ín ea delectí viri
vectí petebant péllem inauratam árietis
Colchís, imperio régis Peliae, pér dolum.
nam númquam era errans méa domo ecferrét pedem
Medéa, animo aegra, amóre saevo saúcia.

III

antíqua erilis fída custos córporis,
quid síc te extra aedis éxanimata elíminas?

longius enim repetita est, quam res postulabat praeterea id. de fato 15, 35 affert illa: utinam — coepisset; nam nunquam — saucia; pro Caelio 8, 18 ea quae sunt: utinam — Pelio; nam — errans, Medea — saucia; topic. 16, 61 utinam — Pelio; accidissent trabes; de deor. nat. III, 30, 75 utinam ne — trabes; quae cuncta ab eo memorantur in exemplum argumentationis nimis longinquae vel prolixae praeterea idem de fin. I, 2, 5 an 'utinam ne in nemore' nihilo minus legimus quam hoc idem Graecum? tusc. disp. I, 20, 45 si nunc aliquid adsequi se putant, qui ostium Ponti viderunt et eas angustias, per quas penetravit ea quae est nominata Argo — arietis ex Cicerone ducta sunt Quintiliani V, 10, 84 causas non utique ab ultimo esse repetendas, ut Medea: utinam — Pelio, quasi vero id eam fecerit miseram aut nocentem, quod illic ceciderint abiegnae ad terram trabes; Iulii Victoris cap. 12 (pg. 415 ed. Halm.) aut cum remotum, quod ulterius quam satis est, petitur, ut 'si in nemore Pelio non cecidissent trabes, hoc scelus factum non esset'; Hieronymi Marcellae viduae epitaph. (I, 1090 Mign.) quibus rectissime illud Ennianum aptari potest: utinam ne — Pelio Donatus in Phorm. I, 3, 5 vetus elocutio 'utinam ne'. Ennius in Medea: utinam ne — trabes Prisc. de metris Terent. pg. 1325 nec solum comici huiuscemodi sunt usi iambis, sed etiam tragici vetustissimi, ut Ennius in Medea: utinam ne — efferret pedem idem instit. VII, pg. 751, trabes pro trabs proferebant. Ennius in Medea: utinam ne — trabes propter eandem causam afferuntur hi versus a Varrone VII, 37 denique primos duos versus παροιδεῖ Phaedrus IV, 7, 6, 7; ultimum respicit Oros. I, 12, 10 nolo meminisse Medeae amore saevo sauciae III Non. 39, 1 eliminare, extra limen eicere — Ennius Medea exule (Ennium *m. 1 L; id.* et ea *pro* Medea; *sic et m. 1*

legitur in terram abiegna trabes *apud Donatum edd. vet. et cd. Gandav.:* utinam ne in nemore Pelio unquam cecidissent (cecidisset *Gand.*) ad t. tr., *Oxoniensis* u. ne in memore Pelio umquam secte cecidissent ad t. tr. 253 *multi libri* inchoandae; *alii* inchoandi 254 *pars librorum* cepisset 255 256 Argo — pellem; *ita Cicero tusc. disp. et ut videtur auctor ad Herenn. l. m., apud quem quidam libri habent* qua *vel om.* in ea; *in aliis est* in eadem lecti *vel* in eadem lati *sim. Prisc. 1325* Argo qua vecti Argivi dilecti viri petebant illam pellem 258 utinam ne era *auct. ad Her. l. poster.* efferret (*vel* efferet) *libri Prisc. 1325;* efferret *multi apud auctorem ad Herenn. l. utroque;* haec ferret *Lugdunens. 86, Vindobonens. ap. Cic. de fato* 260 edilis *vel* aedilis *cdd. 292* poris *m. pr.*, foris *sec. L 39; ib. m. pr.* foris, *sec.* corporis *H* 261 sic te *Mercerus; cdd.* sit *id.* examinata; *corr. Merc.* eliminas *l. manuscr. Fabr. 292,* eliminat *G H L ibid.;* elimina *cdd. 39*

IV

nutrix.

cupído cepit míseram nunc me próloqui
caelo átque terrae Médeai míserias.

V

⏑ – ⏑ fremitus vérborum aures aúcupant.

VI

quaé Corinthi arcem áltam habetis, mátronae opulentae, óptimates!
múlti suam rem béne gessere et públicam patriá procul,
múlti, qui domi aétatem agerent, própterea sunt ínprobati.

VII

nam tér sub armis málim vitam cérnere
quám semel modo párere.

VIII

utinám ne umquam Medé Colchis
cupidó corde pede extétulisses.

in H) id. 292, 15 eliminare est exire. Ennius Medea exule IV Cic. tusc. disp. III, 26, 63 sunt autem alii quos in luctu cum ipsa solitudine loqui saepe delectet, ut illa apud Ennium nutrix V Non. 467, 13 aucupavi, activum positum pro passivo. Ennius Medea VI Cic. ad fam. VII, 6 desideria urbis et urbanitatis depone et, quo consilio profectus es, id assiduitate et virtute consequere: hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quam ignoverunt Medeae, quae — optimates, quibus illa manibus gypsatissimis persuasit, ne sibi vitio illae verterent, quod abesset a patria; nam 'multi' e. q. s. VII Varro VI, 81 cerno — pro video ait Ennius — Canius — ab eodem est quod ait Medea: ter e. q. s.; quod, ut decernunt de armis, eo tempore multorum videatur vitae finis id. gerontodidascalo ap. Non. 261, 7 cernere, amittere: non vides apud Ennium (*om. cdd.*) esse scriptum: ter e. q. s. Non. 261, 18 cernere rursum dimicare vel contendere — Ennius in Medea exule: nam — cernere VIII Non. 297, 18

263 Medeai *Turneb.*, Medeae *cdd.* 264 fremitus *M*, fructus *cdd.* 265—267 *metris primus haec discripsit Angelus Politianus* 265 Corinthi *Lambinus*, Corinthum *Mediceus* habetis *v*, habebant *Cicero post v.* 265 *unum excidisse opinatus est Elmsleius sine causa; siquid exciderit, duos potius tetrametros, alterum catalecticum, alterum acatalectum haustos esse probabile est* 268 nam *om. Varro l. utroque* te *cdd. Non. 261, 18* multa *pro* vitam *cdd. l. de l. L*
270 271 *haec v octonario trochaico, sed eo pessimo, continentur* Colchis *Lipsius*, cordis *cd. plerique;* coris *H, sed corr. m. 1* extetulisses *M, atque ita Buechelerus;* extulisses *v*

IX **
– ánimadverte ac dícto pare – ⏑ –

X **
⏑ – ⏑ – ⏑ praéter rogitatúm sile!

XI **
si té secundo lúmine hic offéndero,
moriére.

XII **
néquaquam ístuc istac ibit: mágna adest certátio.
nám ut ego illis súpplicarem tánta blandiloquéntia —

XIII **
quí volt esse quód volt, ut dat óperam, res ita sé dabit.

XIV **
ílle traversa ménte mi hodie trádidit repágula,
quíbus ego iram omném recludam atqueílli perniciém dabo,
míhi maerores,ílli luctum, exítium illi, exiliúm mihi.

XV
qui ípse sibi sapiéns prodesse nón quit, nequiquám sapit.

efferre significat proferre — Ennius Medea IX—XI Cic. pro Rab. Post. 11, 29 regum sunt haec imperia: animum e. q. s. et: praeter — quippiam, et illae minae: si te e. q. s. id. ad Att. VII, 26, 1 Caesaris interdicta: si — offendero, respuuntur Ennii Medeae adscr. Scal. XII—XIV Cic. de nat. deor. III, 25, 65 sqq. post intercepta multa: nequaquam — blandiloquentia. parumne (*ita cd. Glogaviens.; in reliquis praemissum* niobem, niobe, ni orbem, in Iovem, an iobem; *ab interpolatore additum olim illud quod est* Niobe *intellexere docti*) ratiocinari videtur et sibi ipsa nefariam pestem machinari? illud vero quam callida ratione: qui volt e. q. s. qui est versus omnium seminator malorum. 'ille — mihi'. hanc videlicet rationem, quam vos divino beneficio homini solum tributam dicitis, bestiae non habent. videsne igitur quanto munere deorum simus adfecti? atque eadem Medea patrem patriamque fugiens e. q. s. Ennii Medeae haec adscr. Osannus XV Cic. epist. VII, 6, 2 quoniam Medeam agere coepi, illud semper memento: qui ipse e. q. s. id. de off. III, 15, 62 haec est illa pernicies, quod alios bonos, alios sapientes existimant. ex quo Ennius nequiquam sapere sapien-

272 animum adverte *Scal.* *pro* ac dicto *libri quidam* addicto 273 sile *Buechelerus*, si pie (piae) *vel* sit pie *cdd.* 274 hoc *cdd. or. pro Rab.*
276 ista ibit *Lugdun. 84, 86* (*in quo litt. erasa post* ista), *Vindobon.* (*in marg. huius m. ead.* isthaec), is tacebit *Lugdun.* 118 adest *M*, inest *v* 277 illi *O. Ribbeckius coll. Eur. v. 368* subplicarem *Lugd. 84 v.* 278 *a Cicerone memoriter citatum et sic interpolatum sexti septimique pedis mirifica asperitas demonstrat. nam fertur talis:* qui vult esse (*om. cdd. Lugdunenses, Erlang.*) q. v., ita dat se res, ut operam dabit 279 mi *Osannus*, mihi *cdd.* 280 pernitiem *Lugd. 84;* permiciem *mutat. in* perniciem *Vindob.* 281 exitum *Lugd. 84, 118, Palatin., item Vindob. m.1* 282 *fortasse:* qui i. sibi pr. non quit sapiens, n. sapit.

XVI**

quo núnc me vortam? quód iter incipiam íngredi?
domúm paternamne ánne ad Peliae fílias?

XVII**

nón commemoro quód draconis saévum sopivi ímpetum,
nón quod domui vím taurorum et ségetis armataé manus.

XVIII

tú me amoris mági' quam honoris sérvavisti grátia.

XIX*

út tibi Titánis Trivia déderit stirpem líberum.

XX

Sol, quí candentem in caélo sublimát facem.

XXI

-⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑ sálvete, o pia pígnora!
cétte manus vestrás measque accípite!

XXII

Iúppiter tuque ádeo summe Sól, qui res omnís spicis
quíque maria térram caelum cóntines tuo lúmine,
ínspice hoc facinús! priusquam fíat, prohibesseís scelus!

tem, qui ipse sibi prodesse non quiret XVI Cic. de or. III, 58, 217 aliud (vocis genus sibi sumat) miseratio ac maeror, flexibile, plenum lacrimarum, interruptum flebili voce: quo nunc e. q. s. imitatos haec C. Gracchum ap. Cic. de orat. 56, 214 et Quintil. (qui ex Cicerone sumpsit) XI, 3, 115 nec non Ciceronem pro Mur. 41, 88 adnotarunt docti ad Ennii Medeam rett. C XVII Char. 252 per paralipsim, cum volumus negantes aliquid indicare, tamquam: non e. q. s. id. 253 negando, cum quid negantes volumus indicare — non — manus (Ennii Med. adscr. Welckerus) XVIII Cic. tusc. disp. IV, 32, 69 (ubi invehitur in poetas) quid ait ex tragoedia princeps ille Argonautarum? tu — gratia. quid ergo? hic amor Medeae quanta miseriarum excitavit incendia! XIX Varro VII, 16 Ennius: ut — liberum. Titanis Trivia Diana est. Med. adscr. O. Mueller XX Non. 170, 10 sublimare, extollere. Ennius Medea XXI Non. 85, 1 cette significat dicite vel date, ab eo quod est 'cedo' — Ennius in Medea XXII Probus in bucol. 6, 31 similiter et Ennius in Medea exule

283 vortam *Abrincens.*, vertam *rell.* 284 paternam domumne *Erlang. b et a, sed in hoc corr. m. 1* *pro* ad Peliae *Abr., Erl. a* appellare 285 non commoro *cd. 252*, non memoro 253 draconis s. s. i. *Fabric.*, conis saevi sopivit i. *cd 253, id. priore l.* latroni statui oppressi 286 non quod domui vim taurorum *Lindemann.*, non quod domavit viros *cd. 253*, et dom ista virorum *id. 252; ibid. legitur* armata 287 servavisti *Cratander*, servasti *cdd.* 288 liberu *Fl.* 289 sublimas *C* 290 o pia *M*, pignora *Stephanus;* optima corpora *v* 292 spicis *Vahlenus*, inspicis *cdd.* 293 *id.* quique tuo lumine mare terram caelum contines; *ut nos, Fleckeisen.* (maria *iam Porson.*). contues *Voss. contra Probi testimon.* 294 fiat *v*, fit *cdd.* prohibesseis *Fleckeisen.* (prohibessis *Bothius*), prohi-

XIV. Medea.

I

asta ádque Athenas ánticum opulentum óppidum
contémpla et templum Céreris ad laevam áspice.

XV. Thyestes.

I

éheu, mea fortúna, ut omnia ín me conglomerás mala!

II

sét me Apollo ipsús delectat átque ductat Délphicus.

III*

quemnám te ésse dícám, qui tárda ín senéctá

IV*

-⏑⏑- pol míhi fortuna mági' nunc defit quám genus.
námque regnum súppetebat mi, út scias, quanto é loco,
quántis opibus, quíbu' de rebus lápsa fortuna áccidat.

V*

nulla sáncta regni sócietas
néc fides est.

in his versibus: Iuppiter — scelus. nam et hic Iuppiter et Sol pro igni qui mare et terram et caelum continet, ut non dubie caelum pro aere dixerit I Non. 470, 4 contempla — Ennius Medea: asta — contempla Varro VII, 9 in hoc templo faciundo arbores constitui fines apparet et intra eas regiones, qua oculi conspiciant, id est tueamur, a quo templum dictum et contemplare, ut apud Ennium in Medea: contempla e. q. s. contempla et conspicare idem esse apparet I Non. 90, 14 conglomerare, involvere, superaddere. Ennius Thyeste (*ita v, cdd.* tithe) II Non. 97, 32 delectare, inlicere, adtrahere. Ennius Thyeste: set (Theestes et *H L*, Thyeste set *G*) III Cic. orat. 55, 184 similia sunt quaedam etiam apud nostros, velut illa in Thyeste: 'quemnam — sen.' et quae sequuntur; quae, nisi cum tibicen accessit, orationis sunt solutae simillima hunc versum respicit Varro Menippeus ap. Non. 336, 31 quemnam te esse dicam, fera qui manu e. q. s. IV Cic. tusc. disp. III, 19, 44 quaerendum igitur quemadmodum aegritudine privemus eum qui ita dicat: pol e. q. s. ecce tibi ex altera parte ab eodem poeta (Ennio) Thyestae adscr. O. Ribbeckius V Cic. de off. I, 8, 26 quod enim est apud Ennium: nulla e. q. s. id latius patet id. de re publ. I, 32, 49 ex utilitatis varietatibus, cum aliis

besse et *Parisin.*, prohibesse *Vatic.* 295 atque *G H, item m. 2 L* anticum *Rothius*, antieum *fere cdd.* opulenteum *L* 297 eheu *Lachmann. ad Lucr. I, 360*, eu *cdd.* 298 ipse *cdd.; corr. Bothius, qui et add. illud* atque 299 senecta *Lachmannus*, senectute *cdd.* 301 mi *Manutius*, mihi *cdd.* 302 lassa *deteriores quidam libri, item* occidat 303 304 n. sancta regni s. n. fides est *M*, n. sancta societas nec fides regni est *cdd. libr. de off.; de palimpsesti Vatic. lectione dictum supra*

VI

ibi quíd agat, secum cógitat, curát, putat.

VII

sín flaccebunt cóndiciones, répudiato et reícito.

VIII*

ó Fides alma, ápta pinnis, ét iusiurandúm Iovis!

IX

áspice hoc sublíme candens, quem ínvocant omnés Iovem!

X

Thyesta.

nolíte, hóspités, ád me adíre! ílico ístím,
ne cóntágió méa bonís úmbrave óbsít!
meó tánta vís scéleris ín córpore haérét.

alia persona.

quidnámst, óbsecró? quíd te abnútás adírí?

aliud expediat, nasci discordias. itaque cum patres rerum poterentur, numquam constitisse civitatis statum; multo iam id in regnis minus, quoniam (*ita Maius*, quorum *cd.*) nulla regni sancta societas nec fides est Th. haec adscr. O. Ribbeckius, ut et VIII VI Non. 369, 25 putare, animo disputare — Ennius Thyeste VII Non. 110, 14 flaccet, languet, deficit — Ennius Thyeste VIII Cic. de off. III, 29, 104 nam praeclare Ennius cf. Appul. de deo Socrat. cap 5 nam et iusiurandum Iovis [iurandum] (I. i. *om. deter. quidam libri*) dicitur, ut ait Ennius IX Fest. 306 sublime (sublimem *cd., et ita Paul. 307;* sublimen *Ritschelius*) est in altitudinem elatum, ut Ennius in Thyeste: aspice e. q. s. Cic. de deor. nat. II, 2, 4 quid enim potest esse tam apertum — cum caelum suspeximus — quam esse aliquod numen — quod ni ita esset, qui potuisset adsensu omnium dicere Ennius: aspice e. q. s. ib. 25, 65 hunc igitur (Iovem) Ennius, ut supra dixi, nuncupat ita dicens: aspice — Iovem idem versus ab eo affertur poeta non memorato III, 4, 10; 16, 40 Apul. de mundo cap. 33 Romanus etiam poeta sic sensit: aspice — Iovem Prob. in buc. VI, 31 Ennius: aspice — Iovem X Cic. tusc. disp. III, 12, 26 nolite, inquit, hospites — haeret. tu te, Thyesta, damnabis orbabisque luce propter vim sceleris alieni? id. de orat. III, 41, 164 nolo esse verbum angustius id, quod translatum sit, quam fuisset illud proprium ac suum: quidnam est — abnutas? melius esset

305 cogitat *Genev., item H m. 1* cogitet *G L H m. 2* curat *Studemundius*, parat *cdd.* 306 sin *Guilelmus*, in *cdd.* conditiones *id.* reicito *M*, redito *v* 307 pennis *Bern. 104 et m. 2 Bambergens.* 308 aspice hoc *om. ap. Cic. d. d. nat. III, 16, 40* sublimen *Apulei cd. Benedictin.; Scaliger; Ritschelius;* sub lumine *cdd. quid. deter. Apulei;* sublime *cd. Festi*, *Apuleius*, *Probus*, *Cic.* invocant *Cicero*, *Apul.;* vocant *Festus et Probus* 309 adire *in ras. Gud.* istic *cdd. optimi tuscul. et libr. de or.;* istinc *quidam interpolati in tusc.; alii* ista, isti; istim *Bouhierius* 311 meo *add. Bentl.* abn. ad. *O. Ribbeckius*, ad. abn. *cdd.* (abire *Abrinc., Erlang. b*)

XI

– ◡ – ◡ queí mihi maximum hódie hic contigerít malum.

XII

ípse summis sáxis fixus ásperis, evísceratus,
látere pendens, sáxa spargens tábo, sanie et sánguine atro
* * *
néque sepulchrum, quód recipiat, hábeat, portum córporis,
úbi remissa humána vita córpus requiescát malis.

XIII

sed sónitus auris meás pedum pulsu íncrepat.

XIV

inpetrem facile ab animo ut cernat vitalem babium.

XVI. Andromeda.

I

– ◡ – ◡ – ◡ – quae cáva caeli
signítenentibu' confíci' bigis.

'vetas', 'prohibes', 'absterres', quoniam ille dixerat: ilico — obsit XI Non. 268, 11 contingere, evenire — Ennius Thyeste XII Cic. tusc. disp. I, 44, 107 exsecratur luculentis sane versibus apud Ennium Thyestes, primum ut naufragio pereat Atreus. durum hoc sane; talis enim interitus non est sine gravi sensu; illa inania: 'ipse — atro'. non ipsa saxa magis sensu omni vacabunt quam ille latere pendens, cui se hic cruciatum censet optare — illud vero perquam inane: 'neque — malis'. vides, quanto haec in errore versentur: portum esse corporis et requiescere in sepulchro putat mortuum, magna culpa Pelopis, qui non erudierit filium nec docuerit, quatenus esset quicque curandum id. in Pison. 19, 43 Thyestea est ista exsecratio poetae vulgi animos, non sapientium moventis: ut tu naufragio expulsus uspiam 'saxis — penderes', ut ait ille, 'saxa — atro' ad illa 'naufragio expulsus uspiam' commentator quidam adscr.: versus Ennii; quibus ipsa verba huius contineri credunt nonnulli Non. 405, 3 spargere, madefacere. Lucilius lib. XVIIII (XXVIIII *Bern. 83, Genev., H, sed hic m. 2* XVIIII) . . . . . Ennius Thyeste (E. Th. *om. cdd.*) latere — atro quamquam potuit etiam Nonius haec sub Ciceronis nomine adferre; cf. 121, 3; 353, 6 memor fortasse huius loci Horatius scripsit (ep. 5, 86): misit Thyesteas preces; ubi tragoedias memorant scholiastae XIII Non. 255, 25 crepare, ferire. Ennius in Thyeste XIV Non. 261, 15 cernere, iudicare — Pacuvius armorum iudicio — Ennius Thyeste I Varro V, 19 a Chao choum, hinc cavum et hinc caelum — itaque dicit Andromeda (*ita Scal.*, androma *Flor. teste Wilmannsio*) nocti: quae e. q. s. et Agamemnon — et Ennius item

313 quei mihi *M*, quam mihi *v* maximum *Bothius*, maxime *cdd.* hic hodie *id.*, hodie hic *O. Ribbeckius* 314—317 *numeros disposuit Bentleius* 315 et *om. plerique cdd. or. in Pis. (non Vatican.)* *lacun. indicavit M* 316 quod *M*, quo *v* 319 *versus corruptus* impetrem *G, H, item m. 2 L* cernet, *sed corr. m. 1, H* 321 signitenentis *Scriverius*

II

líberum quaesúndum causa fámiliae matrém tuae.

III

ínnocens proptér te obiecta fíliis sum Nérei.

IV

scroépeo investíta saxo, adque óstreis squamaé scaprent.

V

325 ⏑ – ⏑ – rúrsus prorsus réciprocat fluctús fera.

VI

córpus contemplátur, unde córporaret vúlnere.

VII

alia flúctus differt, díssupat
vísceratim mémbra, maria sálsa spumant sánguine.

VIII

circum sese urvat ad pedes terra occ . . . caput.

XVII. Athamas.

I

330 his érat in ore Brómius, his Bacchús pater,
illís Lyaeus, vítis inventór sacrae.

ad cavationem II Fest. 258 quaesere — pro quaerere — apud Ennium l. II — et in Cresphonte — et in Andromeda III Prisc. 733 filiabus, deabus, equabus — et filiis tamen in eodem genere dictum est. Ennius in Andromeda IV Non. 169, 22 scapres pro scabra es . . . . . Ennius Andromeda Fest. 333 [scrupi dicuntur aspera] saxa et difficili[a attrectatu rupesque navigato]ri insuetae aut . . . . . lere. Ennius in An[dromeda] . . . . . tita saxa atque hos . . . . . V Non. 165, 11 riscus — Terentius eunucho: in risco: odiosa cessas. reciprocare (*om. cdd.*) . . . . . réciproca animum inquám [odiose]. Ennius Andromeda id. 384, 33 rursus, retro — Ennius Andromeda VI Non. 20, 22 corporare est interficere et quasi corpus solum sine anima relinquere. Ennius Andromeda VII Non. 183, 17 visceratim (per viscera *add. Bamberg., item m. 1 H, m. 2 L*) Ennius Andromeda VIII Fest. 375 urvat, Ennius in Andromeda. significat circumdat, ab eo sulco, qui fit in urbe condenda urvo aratri — ait autem: circum e. q. s. I Charis. 214 euhoe

322 quaesundum *O. Ribbeckius*, quae secundum *cd.* (quaesendum *v*) 323 *ita M; cdd.* fil. p. t. o. sum inn. N. obiectu, *mut. in* abiecta *B* 324 screpeo *L, id. m. 1* adque, scrupeo — atque *rell.* squamae scabrent *Mercerus*, quam excrabrent *cdd.* 325 *pg. 165* rursus (russus *H*), *m. 2* riscus *L, H;* riscus *G; conf. quae supra scripta sunt* porsus *G 384* fructus *cdd. 165* fera *Bergkius*, feram *cdd. l. utroque* 328 menbra *H* 329 *versus corruptus;* a terra (ad *add. Vatic. 1549*) quadringentos caput *Vatic. uterque, cd. Politiani, ed. Vrsini; in quibus illud* quadringentos *recte dicit O. Muellerus ortum ex male intellecto* occ . . . *quod servavit Augustini ed.* terra occ . . . caput *om. ed. Pii* 330 his e. *Fabric.*, is e. *cd.* 331 Lyaeus *v*, lisaeus *cd.*

tum páriter euhoe résonit euhan eúhius.
ignótu' iuvenum coétus alterná vice
iníbat alacris, bácchico insultás modo.

XVIII. Cresphontes.

I

335 an ínter sese sórtiunt urbem átque agros?

II

audi átque auditis hóstimentum adiúngito.

III

'iniúria abs te adfício indigná, pater.
nam si ínprobum esse Crésphontem tu exístimas,
cur me húius locabas núptiis? sin ést probus,
340 cur tálem invitam invítum cogis línquere?'
'nullá te indigna, o náta, adficio iniúria.
si próbus est, bene locávi; sin est ínprobus,
divórtio te líberabo incómmodis.'
[duxí probum:
345 errávi (post cognóvi) et fugio cógnitum.]

IV

égo cum meae vitaé non parcam, létum inimico déprecer?

Maro VII — Ennius in Athamante I Non. 471, 9 sortiunt. Ennius Cresfonte II Fest. 270 redhostire — nam et hostire pro aequare posuerunt. Ennius in Cresphonte III auct. ad Herenn. II, 24, 38 utuntur igitur studiose in confirmanda ratione duplici conclusione hoc modo: 'iniuria — linquere'. quae hoc modo concludentur, aut ex contrario convortentur aut ex simplici parte reprehendentur; ex contrario hoc modo: 'nulla — incommodis'; ex simplici parte, si ex duplici conclusione alterutra pars diluetur, hoc modo: 'nam — nuptiis.' 'duxi probum' e. q. s. IV Gell. VII, 16, 10 (deprecor)

332 euhoe resonit *add. M* euhius *v*, euhium *cd.* 333 vinosus *Heinsius* 334 exultans *docti ante versum ultimum vel post aliquid videtur excidisse* 335 se *cdd.; corr. Voss.* 336 audi *Scal.*, audis *cd.* 337 indigne *Bamberg., Frising.* 338 threspontem esse *poster. loco Bamberg. alt., Opitz.; praeterea in cdd. legitur* chresphontem, crespontem, *sim.* tu *add. M l. pleriq.* existimaveras, existimabas *l. utroque item* 339 huic; *et sic v* locasti *loco priore Tross.* 340 *quidam* liquere *vel* relinquere *versus* 341—343 *ut ipsius rhetoris seclusit O. Ribbeckius* 341 o *multi libri om.* 342 bene locavi *Aldus, cdd. fere* locavi, collocavi, conl. sin es *Erfurt.*, sin autem est *Bamberg. alter, Frising., Opitz., Turic.*, sin aut *Trossian.* 343 liberabo te *Bamberg. alter, Turic., Tross.;* te libero *Erfurt.*, libero te *Bamberg. prior, Frising., Paris., Wurzeburg.* 344 345 *seclusit Delrio* 345 fugio nunc cognitum *libri quidam* 346 non *add. M* deprecer *Vatic.*, deprecor *deter.*

V

Méropam secum abdúcunt, eunt ad fóntem, nitidant córpora.

VI

neque térram inicere néque cruenta cónvestire córpora
mihi lícuit miserae, néque lavere lácrimae salsae sánguinem.

VII

ducít me uxorem líberorum síbi quaesendum grátia.

VIII

ého tu, di, quibus ést potestas mótus superum atque ínferum,
pácem inter sesé conciliant, cónferunt concórdiam.

XIX. Erechtheus.

I

lápideo sunt córde multi, quós non miseret néminis.

II

quin núnc aerumna meá libertatém para
quibu' sérvitutem meá miseria déprecor!

significat 'abigo' et 'amolior', vel prece adhibita vel quo alio modo. item Ennius in Cresphonte V Non. 144, 14 nitidant, abluunt — Ennius Cresphonte (*cdd.* Cresponte) VI Macrob. VI, 2, 1 (aen. IX, 486) nec te tua funera mater produxi pressive oculos aut vulnera lavi. Ennius in Cresphonte (cresi phonte *P*) VII Fest. 258 quaesere — pro quaerere — apud Ennium l. II — et in Cresphonte (Chresponte *cd.*) VIII auct. ad. Herenn. II, 25, 39 item vitiosum est, cum quid pro eo sumitur, quod inter omnes constat, quod etiam nunc in controversia est, hoc modo: eho tu e. q. s. nam ita pro suo iure hoc exemplo utentem Cresphontem (Thesprotum *cdd. meliores*) Ennius induxit, quasi iam satis certis rationibus ita esse demonstrasset Cic. de invent. I, 49, 91 controversum est, in quo ad dubium demonstrandum dubia causa adfertur, hoc modo: eho — concordiam I Festus 162 neminis [genetivo casu Cato usus est — idem — Ennius] Erechtheo Paul. 163 neminis g. c. C. u. e., cum dixit: sunt e. q. s. II Gell. VII, 16, 9 Q. Ennius in Erechtheo non longe secus dixit quam Catullus: cui — deprecor. significat 'abigo' et 'amolior', vel prece adhibita vel quo alio modo Non. 290, 17 deprecor, amolior, depello, propulso — Ennius

347 Meropam secum abducunt *M; cdd.* o pie eam secum advocant fortem *cdd.* 348 349 corpora mihi *Bothius*, mihi corpora *cdd.* licuit miserae (*vel* miserae licuit), neque *M*, licuit neque miserae *P*, l. nec m. *rell.* salsae *O. Ribbeck.*, salsum *cdd. plerique, om. P* 350 duxit *Scriverius* 351 eho tu di *cdd. l. de inv.; ap. auct. ad Herenn. pars librorum habet:* studii quibus est, studiis est, studiis esse, nihil studii esse, *sim. it.* potest at motum, potest aut motus, potestas aut motus 352 *multi eique meliores* pacem enim inter 353 lapideo *om. ap. Paul.* multi corde *id.* 354 quin *M*, qui *cdd. Gell.* (quibus *edd. vet.*), cui *Nonius* nonc *m. 1 L* erumna *cdd. Nonii*, erumpna *Vatic. Gellii* liberatet *libri Nonii* paro *cdd. Gell.* 355 meam *ap. Non.* miseriam *L, item m. 2, ut vid., H*

III *

út vos vostri líberi
défendant, pro vóstra vita mórti occumbant óbviam.

IV

arma árrigunt, horréscunt tela.

XX. Melanippa.

I

certátio hic est núlla, quin monstrúm siet.
hoc égo tibi dico ét coniectura aúguro.

II

mi auscúlta, nate, púeros comburí iube!

III

regnúmque nostrum ut sóspitent, supérstitent.

IV

⏑⏑–⏑⏑ lumine síc tremulo
terra ét cava caerula cándent.

V

cum saxum scíciderit.

Erechtheo (*cdd.* erepiteo *vel* eripiteo) III cd. C Serv. ad aen. II, 62 occumbere morti. novae locutionis figura et penitus remota. Ennius (Erechtheo adscr. O. Ribbeckius, coll. Eurip. fr. 362, 14, 15) IV Macrob. VI, 4, 6 (aen. XI, 601 sq.) tum ferreus hastis horret ager. horret mire se habet. sed et Ennius in quarto decimo — et in Erechtheo (erecteo *P*) I Non. 469, 6 auguro — Ennius Melanippo (Menalippo *G H, Bamberg., m. 2 L; corr. C*) II Non. 246, 11 auscultare est obsequi — Ennius Melanippa III Non. 170, 14 superstitent, salvent. Ennius Melanippa; 176, 2 sosp., salv. E. M. IV Macrob. VI, 4, 7 (aen. VII, 9) splendet tremulo sub lumine pontus. tremulum lumen de imagine rei ipsius expressum est. sed prior Ennius in Melanippe: lumine e. q. s. V Prisc. 890 vetustissimi tamen etiam 'scicidi' proferebant — Afranius — Accius sotadicorum I — Ennius in Melanippa (Menalippa *B D*) Gell. VII, 9, 15 praeterea inveni a verbo 'scindo' simili ratione non 'sciderat', sed 'sciciderat' dictum esse — L. Accius in sotadicorum primo — Ennius quoque . . . . . eodem fonte et Gellium et Priscianum usum apparet

356 vostri *Masvicius*, nostri *Cass. m. 1, id.* 2 vestri 357 vestra *Cass. m. 2* 358 *alii post illud* arrigunt *finem ponunt versus;* arma argunt *per syncopen Anglican., fortasse recte;* arma rigent *Aldina* 359 certatio *Passeratius*, certo *cdd.* nulla *L, Bamberg., item H m. pr.*, nullum *id. sec., G* (certo hic est nullum dubium *Bergkius.*) 360 hoc *supra add. in L* 361 mi *Vossius*, mihi *v* nata *Bergkius* comburi *M*, cremari *cdd. duriores parumque digni Ennio cretici tales:* mi aúscultá, náte púerós cremárí iubé 362 ut *om. cdd.* 176, 3 superstitent *Acidalius*, superstitentque *cdd. utroque l.* 363 364 *v habent pro hexametro* 365 scisciderit *R*

VI

Gell. V, 11, 11 sqq. inter pulcherrimam feminam et deformissimam media forma quaedam est, quae et a nimiae pulchritudinis periculo et a summae deformitatis odio vacat; qualis a Quinto Ennio in Melanippa (*ita cdd. optimi*) perquam eleganti vocabulo 'stata' dicitur — Ennius autem in ista quam dixi tragoedia eas fere feminas ait incolumi pudicitia esse, quae stata forma forent.

XXI. Nemea.

I

teneór consipta, undíque venor.

II

pecudí dare viva maríto.

XXII. Phoenix.

I

tum tu isti crédere
nólito atque exérce linguam, ut póssis argutárier.

II

stúltus est, sicuí cupido cúpiens cupientér cupit.

III

plús miser sim, sí scelestum fáxim. — quid dicám fore?

IV*

néque tuum umquam in grémium extollas líberorum ex
té genus!

I Non. 183, 14, venor, circumvenior. Ennius Nemea (menea, *sed mut. in* nemea *G*); cf. Paul. 62 consiptum apud Ennium pro conseptum reperitur II Prisc. 659 hic et haec et hoc pecus. Ennius in Nemea (Nemia *L*, Neinea *G*) potest tamen figurate hoc esse prolatum, ut si dicam 'aquila maritus' vel 'rex avium' I Non. 245, 27 argutari dicitur loquacium pro loqui (loquacium *cdd.*, *exc. quod H m. 2* loquacius) Ennius quoenice (Phoenice *C*) II Non. 91, 7 cupienter, cupidissime — Ennius Phoenice III Non. 507, 22 faxim, fecerim. Ennius Phoenice IV Cic. orat. 46, 155 itaque idem poeta, qui inusitatius contraxerat — non dicit 'liberum', ut plerique loquimur, sed ut isti volunt:

366 consipta *Scal.*, consepta *H L*, concepta *G* 367 vivam *cdd. potiores;* viva *corruptum; fort.* iura 368 credere *G*, crede *L*, *H; fort.* cedere 369 nolito *add. M* linguam *Montepessul.*, lingua *rell.* p. a. *M*, a. p. *v* 370 est, sicui cupido *M*, est qui cupida *cdd.* 371 sim *Delrio*, sum *cdd.* scelestum *idem*, scelestum *edd. vet.* quid *M*, quod *v* 372 tuum *Gudian. c*, tu *rell.;* neve tu *Fleckeisenus*

V

quám tibi ex ore orátionem dúriter dictís dedit!

VI

saéviter suspícionem férre falsam fúttilumst.

VII

séd virum virtúte vera vívere animatum áddecet
fórtiterque innóxium astare ádversum adversários.
éa libertas ést, qui pectus púrum et firmum géstitat;
áliae res obnóxiosae nócte in obscurá latent.

VIII

út quod factumst fúttile, animis vós feratis fórtiter.

IX**

páter, inquam, hospités, me lumine ípsus orbavít, pater.

X

íbi tum derepénte ex alto in sálsum despexít mare.

II. FABVLAE PRAETEXTATAE.

I. Sabinae.

I

cum spólia generis détraxeritis, quám, patres,
inscríptionem dábitis?

neque e. q. s. ad Phoenicem refert coll. II. IX, 455 Bergkius V Non. 512, 6 duriter pro dure Ennius Phoenice: quam e. q. s. Charis. 178 duriter — Ennius Phoenice (poenice *cd.*): quam — dedit VI Non. 511, 5 saeviter pro saeve — Ennius Phoenice (fonice *G L*, foenice *H*) VII Gellius VI, 17, 10 (ubi quaeritur de vocabulo quod est 'obnoxius') iam vero illud — Q. Ennii — quod scribit in Phoenice in hisce versibus: sed virum e. q. s. VIII Non. 514, 13 futtile, futtiliter. Ennius Phoenice IX Charis. 250 epanalepsis est, cum eadem dictio in principio versus et in clausula ponitur, ut: pater e. q. s. ad eandem figuram demonstrandam adhibent Diomed. 440 et Plotius Sacerdos VI, 458 K Ennii Phoenici adscr. O Ribbeckius X Non. 518, 5 derepente — Ennius Phoenice (foenicae *G L*, foenice *H*) I Iul. Victor cap. 6 de artificiali argumentatione (pg. 402 Halm.): ab

373 tibi quam *Geppertus* 374 futtilum est *H L*, futilum est *G* 375 virtute vera *Bothius*, vera virtute *cdd.* addecet *Carrio*, adiecit *libri* 376 astare *M*, stare *iam Bentleius*, vocare *vel* vacare *cdd.* adversum *Rottendorf., Vatic., Reg.*, adversus *deter.* 378 obnoxiosae Acidalius, *cdd. mel.* obnoxiose, obnoxio se, obnoxie se 379 animis *M* (animi *prius O. Ribbeckius*), amici *v* fueratis *cdd.* 380 hospites *O. Ribbeckius; om. Char. et Diom.;* hospitis *cd. Plotii* ipsus *add. M* 381 salsum *M; v* altum 382 generis *Ianus*, generi *cd.* patres *add. M*

II. III. Marcellus. Africanus.

Diomed. 487 in praetextata autem (inducuntur) reges Romani vel duces, ut (r. R. v. d. ut *om. cdd.*) quae inscribitur Brutus vel Decius, item Marcellus (vel Africanus et his similia *add. Rhabanus Maurus op. I, 47 ed. Colon. a. 1627*). — non videri improbabile mortem quam Marcellus a. 208 pro patria obiit et Scipionis victoriam de Hannibale ab E. celebratas praetextis dixi v. E. 102.

III. COMOEDIAE.

I. Cupuncula.

I

Ter. Andr. prol. 15 sqq.:

id isti vituperant factum atque in eo disputant
contaminari non decere fabulas.
faciuntne intellegendo ut nil intellegant?
qui cum hunc accusant, Naevium, Plautum, Ennium
accusant, quos hic noster auctores habet.

II. Pancratiastes.

I

385 quis ést, qui nostris fóribus tam protérviter

II

cúm desubito me órat mulier lácrimansque ad genua áccidit.

III

'quo núnc me ducis?' — 'úbi molarum strépitum audibis máximum.'

eventu in qualitate — ut Sabinis Ennius dicit: cum e. q. s. I Non. 155, 30 propitiabilis, facilis (*om cdd.*) ad propitiandum. Ennius cupuncula (*ita Vahlenus;* cupiuncula *cdd.*): hinc e. q. s. ita et adulabilis (adolabilis *L et m. 1 H*) I Non. 513, 11 proterviter. Ennius pancratiaste II Non. 517, 15 desubito — Ennius pancratiaste (pancrasiaste *G*, pancrasiastae *H, L*) III Non. 506, 3 audibo pro audiam. Ennius Telamone — idem pancratiaste (*ita M*, panchratiastis *cdd.*)

384 huic *edd. vet.* 385 qui est *G* 387 dicis *m. 1 H* mólarium *G, H,* i *superscr. in L*

Incertarum Fabularum Reliquiae.

I

amícus certus ín re incerta cérnitur.

II

benefácta male locáta malefacta árbitror.

III

390 homó, qui erranti cómiter mostrát viam,
quasi lúmen de suo lúmine accendát, facit:
niló minus ipsi lúcet, cum illi accénderit.

IV

Salmácida spolia síne sudore et sánguine!

V

Cic. de div. II, 62, 127 aliquot somnia vera, inquit Ennius, sed omnia noenum necessest (noenum necessest *Christius,* non nunc necesse est *B,* non nunc haec esset *A V.* — *videntur trimetri constituendi ut puta tales:* nam sómnia aliquot véra sunt, vera ómnia | noenúm necessest).

VI

vocíbu' concide. fácito musset óbrutus.

I Cic. Lael. 17, 64 quamquam Ennius recte: amicus e. q. s. II Cic. de off. II, 18, 62 praeclare Ennius: benefacta e. q. s. III Cic. de off. I, 16, 51 omnium autem communia hominum videntur ea, quae sunt generis eius, quod ab Ennio positum in una re transferri in permultas potest: homo — accenderit ib. 52 vulgaris liberalitas referenda est ad illum Ennii finem: 'nihilo m. ipsi lucet' id. pro Balbo 16, 36 dicebat (accusator) 'comiter' esse 'communiter' — comes benigni, faciles, suaves homines esse dicuntur: 'qui erranti comiter monstrat viam', benigne, non gravate, 'communiter' quidem certe non convenit IV Fest. 329 Salmacis nomine nympha Caeli et Terrae filia fertur causa fontis Halicarnasi aquae appellandae fuisse Salmacidis, quam qui bibisset vitio impudicitiae mollesceret. ob eam rem, quod eius aditus angustatus parietibus occasionem largitur iuvenibus petulantibus antecedentium puerorum puellarumque violandarum, quia non patet refugium, Ennius: Salmacida e. q. s. Cic. de off. I, 18, 61 in probris maxime in promptu est, siquid tale dici potest: 'vos enim iuvenes animum geritis muliebrem, illa virgo viri' et siquid eiusmodi: Salm. — sanguine VI Varro VII, 101 apud Ennium: vocibus e. q. s.

390 *in libris de off.:* comiter *corr. in* comiti *Ambros.; id. cum Bern. 391* mostrat; monstrat *rell.* (viam monstrat *Wurzeburg.*): *in or. pro Balbo Gemblacens.* com (*erasa supra* m *lineola*) monstrant; comiti monstrat *Erfurt.* 392 nihilo *libri l. utroque* luceat *id. paragr. 51* (ut luceat *Bern. 514*) 393 salmacid aspolla *cd. Festi id.* sine sanguine et sudore 394 facito *M,* musset *Turneb.;* facimus et *Flor.*

VII

pervínce pertináci pervicácia.

VIII

ob Tróiam duxit.

IX

vindíctam victis súmpserunt perduéllibus.

X

labeí labuntur sáxa, caementaé cadunt.

XI

qui témpla caeli súmma sonitu cóncutit.

XII

paréntem et patriam sérva salvam et sóspitem!

XIII

Latóna pariit cásta complexú Iovis
Deleí deos geminos ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

XIV

sibi únde populi et réges consilium éxpetunt,
summárum rerum incérti, quos ego ópe mea

mussare dictum quod muti non amplius quam *μῦ* dicunt VII Fronto epist. IV, 2 (pg. 60 Nab.) de Herode quod dicis perge et, ut Quintus noster ait, p. p. p. Ennii versum esse intellexit O. Ribbeckius VIII Fest. 178 [ob] — [pro ad ponitur, ut Ennius: ob] Romam — [et alibi] ob T. d. Paul. 147 dixerunt antiqui ob Romam legiones ductas et ob Troiam duxit exercitum IX Varro VII, 49 apud Ennium: quin e. q. s. perduelles dicuntur hostes X Non. 196, 30 caementa neutri — feminini Ennius XI Ter. eun. III, 5, 42 at quem deum! qui e. q. s. Donatus haec notat: 'sonitu concutit', *παρῳδία* de Ennio. 'templa caeli' sententia tragica, sed de industria, non errore XII Fest. 301 sos[pes significat apud] omnes fere auc[tores salvum. sic] — En[nius in .....] XIII Varro VII, 16 Ennius: ut tibi Titanis Trivia e. q. s. — Titanis dicta quod eam genuit Titanis Lato. Lato enim, ut scribit Manilius, est Coeo creata Titano. ut idem scribit: Latona e. q. s. XIV Cic. de orat. I, 45, 199 quid est enim praeclarius, quam honoribus et reipublicae muneribus perfunctum senem posse suo iure dicere idem, quod apud Ennium dicat ille Pythius Apollo, se esse eum, unde sibi, si non populi et reges, at omnes sui cives consilium expetant sum-

397 vindictam victis *Scal.*, quin inde invitis *Fl.* sumpserunt *M*, sumpserint *v* 398 labei *M*, labat *v* labuntur *edd. vet.*, lababuntur *cdd.* 400 parentem et pa . . . . . sospitem *cd.* (di servate sospitem *Scal.; quod displicet propter iambi quinto l. positi formam minus elegantem*) 401 pariit *docti*, parit *cdd.* 402 Delia *id.;* Deli *v* 403 unde sibi (sibi unde *O. Ribbeckius*) populi et reges *A. Langius* expetant *Cic.* (expectant *Erlangens. b*) 404 summarum *Lagomarsiniani omnes*, suarum summarum *Erlang. b, Gudian. b*, suarum *alii* ope mea *Reisigius*, mea ope *cdd., sed in quinto pede etiam nunc vitium latere persuadet arcana ratio musica*

ex méstis certos cómpotesque cónsili
dimítto, ut ne res témere tractent túrbidas.

XV

o térra Threca, ubi Líberi fanum ínclitum
Maró locavit.

XVI

toppér quam nemo mélius scit.

XVII

ad eum áditavere.

XVIII

⏑ – ⏑ vivam an móriar, nulla in mést metus.

XIX

⏑ – ⏑ tueor té, senex? pro Iúppiter!

XX

⏑ – ⏑ – indúta fuit saevá stola.

XXI

⏑ – ⏑ – festívum festinánt diem.

XXII

múlierem: quid pótius dicam aut vérius quam múlierem?

marum rerum incerti e. q. s. XV Varro V, 14 locus est, ubi locatum quid esse potest. ut nunc dicunt conlocatum, veteres id dicere solitos apparet — apud Ennium: o terra e. q. s. XVI Fest. 352 Sinnius: topper fortasse valet in Enni et Pacui scriptis. apud Ennium est XVII Diom. 335 'adeo', 'adis'. hoc iteramus 'adito', 'aditas' dictitantes, ut Ennius XVIII Paul. 123 metus feminine dicebant. Ennius: vivam e. q. s. Fest. 286 recto fronte. antiquae id consuetudinis fuit, ut cum ait Ennius quoque: 'a stirpe supremo' — et: 'nulla metus' XIX Varro VII, 12 tueri duo significat, unum ab aspectu — unde est Enni illud (*ita docti*, n — *id est* enim — illud *Flor.*) XX Serv. in aen. I, 4 'saevae memorem Iunonis ob iram' — saevam dicebant veteres magnam. sic Ennius XXI Serv. cd. F in aen. IX, 401 antique: properet mortem, ut Plautus — Ennius: f. f. d. Philargyr. in georg. IV, 170 'fulmina properant' vetuste ait, ut Plautus — et Ennius: festinat diem XXII Rutil. Lup. I, 12 pg. 8 Halm.: *διαφορά*. hoc schema est, cum verbum iteratum aliam sententiam significat, ac significavit primo dictum. id est huiusmodi — item Enni versus: mulierem e. q. s. (*ita Meinekius; qui recte dicit haec ab interpolatore addita, cum alias tantum oratorum utatur testimoniis Rutilius;* item universum

405 mestis *M*, incertis (*quod irrepsit e v. superiore*) *v* 407 408 treca *Flor.* ubi; *fortasse* ut inclutum Maro *vir doctus in margine exemplaris Spanhemiani, quod in bibliotheca extat Berolinensi;* in civium maero (*corr.* muro) *Flor.* (maro *alii quidam*) locavit *O. Ribbeckius*, locavi *cdd.* 414 festivum *v;* festinum *F; id.* dies; festinat *Philarg.*

XXIII*

quám magis aerumna úrget, tam magis ád malfaciendúm viget.

XXIV

ómnes dant consílium vanum, adque ád voluntatem ómnia.

XXV

quém metuunt odérunt; quem quisque ódit periisse éxpetit.

XXVI

nám flammam sapiéns facilius óre in ardente ópprimet,
quám bona dicta téneat.

XXVII

quámquam quicquam quísquam quoiquam, síbi quod conveniát, neget?

XXVIII

flágiti princípiumst nudare ínter civis córpora.

XXIX

ádsectari se ómnes cupiunt.

mulierem *cdd.*) XXIII Quintil. IX, 3, 14 sq. alia commendatio vetustatis, cuius amator unice Vergilius fuit — apud eundem — et (aen. VII, 787, 8) tam magis — quam magis. quod est versum ex illo: quam e. q. s. Ennio adscr. O. Ribbeckius, qui refert ad Med. coll. Eurip. 364 sqq. XXIV Front. epist. II, 10 pg. 33 Nab. (ubi de assentatoribus agitur) praeterea in ea fortuna constitutum, in qua, ut Q. Ennius ait: omnes e. q. s. XXV Cic. de off. II, 7, 23 praeclare Ennius (Thyestae adscr. O. Ribbeck.) ex his tracta sunt quae ab Hieronymo epistula ad Theophilum 82, 3 (I, 314 ed. Vallars.) memorari refert Aemilius Luebeckius in libro de Hieronymi auctoribus: antiqua sententia est 'quem metuit quis, odit; quem odit, perisse cupit' XXVI Cic. de orat. II, 54, 222 quod est hominibus facetis et dicacibus difficillimum, habere hominum rationem et temporum et ea quae occurrant, cum salsissime dici possint, tenere. itaque nonnulli ridiculi homines hoc ipsum non insulse interpretantur dicere Ennium, flammam a sapiente fac. o. in a. opprimi, q. b. d. t.: haec scilicet bona dicta quae salsa sint (*ita Bakius;* interpretantur. dicere enim aiunt Ennium *cdd. deter. plerique;* Enn. *om. Voss., Lugd.; Abrinc., Erlang. prior:* dicere enim aut pienti facilius; *in hoc supra* aut *additum* aiunt) XXVII auct. ad Herenn. IV, 12, 18 si vitabimus eiusdem litterae nimiam assiduitatem, cui vitio versus hic erit exemplo — 'o Tite' — et hic eiusdem poetae: 'quamquam — neget' XXVIII Cic. tusc. disp. IV, 33, 70 bene ergo Ennius: flagiti e. q. s. XXIX Prisc.

416 malefaciendum *cdd.* 417 voluntatem *M*, voluptatem *v* 418 odere *Gothan.* perisse *cdd.* 419 nam *add. O. Ribbeckius* flammam sapiens — opprimit *idem* (opprimet *M*) 421 quamquam *om. cdd.* quisquam quicquam *pauci deteriores pro* quoiquam *cdd. habent* cuiquam, quiquam, quemquam, quemque, *alia* sibi *add. M pro* quod *in parte cdd. legitur* quis *vel* quisque 422 flagitii *cdd.*

XXX

Neoptolemus.

---- phílosophandumst paúcis; nam omnino haúd placet.

XXXI

hós reduci quám relinqui, dévehi quam déseri málui.

XXXII

sí voles advórtere animum, cómiter monstrábitur.

XXXIII

quís pater contrá tueri nós aut cognatús volet?

XXXIV

quín, quod in mest, éxsecrabor hóc quod lucet, quícquid est.

XXXV*

ó Erebo creáta fuscis crínibus Nox, te ínvoco.

792 Ennius: a. s. o. c. adsectari passive, *ἀκολουθεῖσθαι* XXX Gell. V, 15, 9 Ennianum Neoptolemum probabamus, qui profecto ita ait: philosophandumst e. q. s. ib. 16, 5 eiusdemque illius Enniani Neoptolemi, de quo supra scripsimus, consilio utendum est, qui degustandum ex philosophia censet, non in eam ingurgitandum Cic. tusc. disp. II, 1, 1 sq. Neoptolemus quidem apud Ennium philosophari sibi ait necesse esse, sed paucis, nam omnino haud placere. ego autem, Brute, necesse mihi quidem esse arbitror philosophari — sed non paucis, ut ille — sed tamen in vita occupata atque, ut Neoptolemi tum erat, militari pauca ipsa multum saepe prosunt id. de orat II, 37, 156 ac sic decrevi philosophari potius, ut Neoptolemus apud Ennium: paucis; nam omnino haud placet id. de re p. I, 18, 30 magis eum (cf. Iphig. X) delectabat Neoptolemus Ennii, qui se ait philosophari velle, sed paucis, nam omnino haud placere Apul. de mag. c. 13 ne ego necesse habeam, contra sententiam Neoptolemi Enniani, pluribus philosophari XXXI Diom. 441 homoeoteleuton — ut apud Ennium: eos e. q. s. idem exempl. in ead. figura commonstranda afferunt Ennii nomine omisso Char. 251; Don. 1774; ab interpolatoribus olim erat adiectum Bedae pg. 610 Halm. s. l. homoeoteleuton XXXII Varro VII, 89 apud Ennium: si voles e. q. s. comiter, hilare ac lubenter XXXIII Varro VII, 12 tueri duo significat, unum ab aspectu — unde est Enni illud — et: quis pater e. q. s. XXXIV Cic. de nat. deor. II, 25, 65 hunc igitur Ennius, ut supra dixi, nuncupat ita dicens: 'aspice — Iovem'; planius quam alio loco idem XXXV Paul. 83 Varro Erebo natam noctem ait. unde est et illud: Erebo e. q. s. Ennii

424 philosophari est mihi necesse, at paucis *Vossius ex Cicer. tusc. disp. et Apulei de magia libro* haut *cd. Vaticanus Gellii* 425 eos *Diom. et Don.* seduci *cd. Char.;* deduci *Diom. A B,* te duci *M* quam relinqui *om. cdd. Diom.* relinquere *Don. Santenianus m. 1* devi *cd. Char.;* devihi *M,* devei *A; item Don. Santen.* deserit *M* 426 maluit *B;* mallu *sub priore* l *posito puncto cd. Char.* 428 *ita M; cdd.* q. p. aut cognatus v. n. c. t. 429 quin *M,* cui *libri meliores,* cur *Reg., Cantabr.* licet quidquid *Vindob., sed corr.* 430 o *add. M*

XXXVI

crássa pulvis óritur, omnem pérvolat caelí fretum.

XXXVII

écquis illaec ést quae lugubri ⏑ ⏑ succinctást stola?

XXXVIII

áger oppletus ímbrium
frémitu.

XXXIX

hehae!
ípse clipeus cécidit.

XL

búxus vincta, táxus tonsa.

XLI

initium insániae.

XLII

férro foedatí iacent.

XLIII

cúbitis pinsibánt humum.

XLIV

caéli ingentes fórnices.

XLV

ángue villosí canis.

XLVI

bussus . . . araneae.

Eumen. adscr. O. Ribbeck. XXXVI Non. 205, 28 fretum — generis — masculini — Ennius XXXVII Non. 198, 1 cuis et generi feminino attribui posse veterum auctoritas voluit — Ennius cf. et Pomp. V, 206 K XXXVIII Serv. in georg. I, 12 veteres murmura aquae fremitum dicebant. Ennius XXXIX Varro VII, 93 'euax' verbum nihil significat, sed effuticium naturaliter est, ut apud Ennium cf. et auct. de dub. nom. V, 574 K: clipeus gen. masc. ut Ennius: cec. cl. XL Non. 194, 23 buxum gen. — fem. Ennius XLI Cic. tusc. disp. IV, 23, 52 an est quicquam insaniae similius quam ira? quam bene Ennius in. dixit ins. XLII Serv. in aen. III, 241 foedare, cruentare. Ennius XLIII Varro V, 23 terra ut putant eadem et humus. ideo Ennium in terram cadentis dicere: c. p. h. XLIV Varro V, 19 (cf. Androm. I) — et Ennius item ad cavationem: c. i. f. Cic. de or. III, 4, 162 quo in genere primum est fugienda dissimilitudo: c. i. f. quamvis sphaeram in scaenam, ut dicitur, attulerit Ennius, tamen in sphaera fornicis similitudo non potest inesse XLV Acro in carm. III, 11, 17 Cerberus e. q. s.; ut ait Ennius XLVI Non. 192, 13 araneae feminini sunt generis — Ennius XLIX Serv. in aen. VIII, 361 carinare est obtrectare. Ennius L Fest. 360 antiqui 'tam' etiam pro 'tamen' usi sunt, ut Naevius — Ennius LI Vaticanus S Festi quatern. XV (pg. 356): s. v. tesca (cf. Moms. pg. 64) — templa antiqua tesca esse ait, Cicero vero (cuero *cd.*) aspera difficilia aditu. Ennius: ardua e. q. s. haec ap. Vrsinum ita scripta: templa antiqua [deum. Cicero v]ero aspera, difficilia aditu [dixit, cum ait lo]ca aspera saxa tesca tuor I Cic. orat. 47, 157 'isdem campus habet', inquit Ennius, et 'in templis isdem'. at 'eisdem' erat verius, nec tamen probavit, ut opimius II Serv. in buc. 9, 23 inter agendum — Afranius — Ennius III Serv. in aen. X, 10 non est: 'hos suasit', ne fiat σολοιχοειδές; quamvis inveniatur huiusmodi figura ut — Ennius

432 ecquis *M*, et quis *v*; set quis *O. Ribbeckius* 437 vincta *Iunius* (icta *Mercerus*); *cdd.* victa taxis *id.; corr. Iun.* 443 bussus *Quicheratus*, buxus *v* 445 aeque *Castricomius*, atque *cdd.* 446 447 *anapaestis potius quam dactylis continenda verba* non *add. M* 448 arduaque *M*, *item* tesca, ardua — saxa *Vat.* tuos *S* loca *om. id.; de Vrsini schedis supra dictum* ardúa tesca aspera sáxa tuor *O. Ribbeckius*

XLVII

Paul. 59 'crebrisuro' apud Ennium significat vallum crebris suris, id est palis, munitum.

XLVIII

Paul. 62 'corpulentis' Ennius pro 'magnis' dixit.

XLIX

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ contra cárinantes
verba aéque obscena profátus.

L

ílle meae
tam nón poti' paci' potíri.

LI

arduaque aspera tesca tuor loca.

IV.
INCERTAE SEDIS RELIQVIAE.

I

in templis isdem.

II

inter ponendum.

III

quis te persuasit?

IV

Fest. 314 [stipes fustis terrae] defixus. Afra[nius] — et [Ennius . . . .] hostili in me la (iactu *Vrsin.*) . . . . . tus ut revolso [stipite . . idem:] qui iactu vali[do . . . . . .] parmam. nisi si [stipitem ponere] voluit pro [telo vel hasta]. — prius fragmentum ad tragoedias pertinere probabile est.

V

Cic. pro Archia 8, 18 suo iure noster ille Ennius 'sanctos' appellat poetas, quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur ('videntur' *cd. Erfurt.*).

VI

Censorin. de die nat. cap. 24 post supremam sequitur vespera, ante ortum (*ita docti,* vesperanteorum *Colon.*) scilicet eius stellae, quam Plautus vesperuginem, Ennius vesperum, Vergilius hesperon adpellat.

VII

Censorin. de die nat. cap. 19 annum naturalem dies habere prodidit — noster Ennius CCCLXVI.

VIII

Schol. in Lucan. Pharsal. X, 249 'commeat hac tacitis penitus discursibus unda frigore ab Arctoo medium revocata sub axem, cum Phoebus pressit Meroen tellusque perusta illuc duxit aquas'. Ennius de Nilo ait, quod per aestatem sol ab inferioribus aquam supra revocet, et hinc eo tempore Nilus increscat.

IX

Serv. in aen. IV, 9 Anna soror quae me suspensam insomnia terrent! sciendum, quia, si 'terret' dixerimus, antiqua erit elocutio; insomniam (*ita F,* insomnia *rell.*) enim, licet et Pacuvius et Ennius frequenter dixerit, Plinius tamen exclusit et de usu removit.

X

Fragmenta Bobiensia VII, 542 K hoc 'locum' lectum est aput Ennium, sed nemo dicit hodie. — item 'locum' ex 'antiquis glossariis' affert C ut Ennianum.

XI

Auct. inc. de dubiis nominibus V, 584 K nix generis feminini ut Ennius: hae nives. — Enni tantum illud 'nives' esse facile intellegitur.

XII

Fest. 241 [philo]logam Ennius in p . . . . . [sed hoc factum est culpa li]brariorum, qui ea quae fe[minini sunt, dici nolebant mascu]lino. etiam ipsi Gra[eci ita locuti sunt, qui mulieres philolo]gos, philargyros [dixerunt. sed feminam videns libra]rius appellari, mut[avit formam vocabuli]. — *supplementa sunt O. Muelleri.* — *de* pancratiaste *cogitavit idem,* de praeceptis *alii.*

XIII

Fest. 351 tapete (*cd.* tappete) ex Graeco sum[psit, ... tape]te (tae *cd.*) Ennius cum ait. t[apete glabrum dixit Turpi]lius in Demetrio.

XIV

Serv. in aen. XII, 298 nam illud Ennii et Pacuvii penitus de usu recessit, ut 'hic torrus', 'huius torri' dicamus.

XV

Serv. ad. aen. I, 26 tenet alta mente repostum — 'repostum' (*ita P,* repostus, repostos *rell. cdd.*) et (aen. VIII, 274) 'porgite' (porgit *P*) de Ennio transtulit.

XVI

Diomed. 380 item potestur (potestor *A B,* potest *M*) apud Ennium reperimus: 'nec retrahi potestur imperiis'. — *haec si dactylica sint, post secundum, sin trochaica, post tertium vocabulum quaedam excidisse apparet.*

XVII

Varro IX, 107 sequitur, ut contra, quoniam est 'soleo', oporteat dici 'solui', ut Cato et Ennius scribit, non, ut dicit volgus, 'solitus sum'.

XVIII

Serv. in aen. VI, 797 viden ut. 'den' naturaliter longa est, brevem tamen eam posuit secutus Ennium.

XIX

Serv. in aen. II, 651 praepositiones vel adverbia in 'a' exeuntia modo producunt ultimam litteram, excepto quod (*om. cdd.*) 'puta' et 'ita' apud Ennium et Pacuvium brevia sunt (et ita *om. H.* — 'ita' et 'quia' *pro* 'puta' et 'ita' *Thilo*).

XX

Paul. 4 ambactus apud Ennium lingua Gallica servus appellatur. — Labbaei glosae: ambactus, *δοῦλος μισθωτός, ὡς Ἔννιος.*

XXI

Fortunatianus de dialectica: sunt qui verbum a vero quidem putant dictum; sed prima syllaba satis animadversa secundam neglegi non oportere. verbum enim cum dicimus, inquiunt, prima eius syllaba verum significat, secunda sonum. hoc enim volunt esse 'bum'; unde Ennius sonum pedum 'bombum' (*v. add.* pedum, *om. cd. Lugdun.*) dixit.

XXII

Charis. 99 'Cretenses' Ennius, ut Varro libro I de sermone Latino scribit.

XXIII

Macrob. III, 12, 8 item Antonius Gnipho, vir doctus, cuius scholam Cicero post laborem fori frequentabat, Salios Herculi datos probat in eo volumine, quo disputat, quid sit 'festra' (sit *om. P m. 1;* feste *B,* fenestra *cdd. interpol.*), quod est ostium minusculum in sacrario; quo verbo etiam Ennius usus est.

XXIV

Cd. C Serv. in aen. I, 190 tum vulgus (cervorum). bene vulgus ductoribus interemptis. Ennius 'avium vulgus' et 'hastarum' ('hostiarum' *Ilbergius*) alibi multitudinem dixit et hastarum et avium. — *Ita M; Cassell. pr. m.:* 'Ennius avium vulgus et hastarum et avium'; *sec. supra* 'et avium' *adscr.:* 'alibi multitudinem et hastarum et'.

XXV

Cic. de deor. nat. II, 18, 49 Epicurus — dum palato quid sit optimum iudicat, 'caeli palatum', ut ait Ennius, non suspexit.

XXVI

Serv. in aen. I, 741 sane Atlas Graecum est, sicut et Nilus; nam Ennius dicit Nilum Melonem vocari, Atlantem vero Telamonem. — id. in IV, 246 sane (Atlas) latine Telamo (*ita cum M cd. Thilo,* Telamon *v*) dicitur, ut Nilus Melo.

XXVII

Paul. 68 daedalam a varietate rerum artificiorumque dictam esse apud Lucretium terram, apud Ennium Minervam, apud Virgilium Circen facile est intellegere, cum Graece *δαιδάλλειν* (dedalin *boni cdd.*) significet variare.

XXVIII

Serv. in aen. IX, 255 integer aevi, integri aevi, id est: adulescens, cui aetas integra est. unde Ennius deos 'aevi integri' dixit, quibus multum aevi superest (integri *Me ad ann.* I, 164, integros *v*).

XXIX

Cic. Lael. 6, 22 qui potest esse 'vita vitalis', ut ait Ennius, quae non in amici mutua benevolentia conquiescit?

XXX

Paul. 58 'consiluere' Ennius pro 'conticuere' posuit.

XXXI

Varro VI, 61 dico originem habet Graecam, quod Graeci *δικάζω.* hinc Ennius: dico, qui ..... hinc dicare, hinc iudicare.

XXXII

Non. 448, 17 edolare fabrorum est verbum, cum materiarum conplanatur asperitas. usi sunt eo laudandi scriptores vetustatis etiam ad alias fabricas rerum. Varro Bimarco: cum Quintipor Clodianus tot comoedias sine ulla fecerit Musa, ego unum libellum non edolem, ut ait Ennius?

XXXIII a. b

Paul. 121 latrare Ennius pro poscere posuit. — Fest. 277 [re]morbescat En[nius .... pro in mor]bum reccidat. cf. Paul. 276.

XXXIV

Ennii verborum mentio facta est, sed ut plane nihil ex libris scriptis possit elici, quod dignum sit memoria, apud Festum pg. 153 s. l. quod incipit a litteris 'meta' et ap. Frontonem libello ad M. Antoninum de orationibus, pg. 160 ed. Naber. — cf. et quae adscripta sunt ad ann. VIII, 10.

V.

DVBIA.

I

_ _ _ _ _ _ _ _ _ _ _ quem super ingens
porta tonat caeli.

II

qui fulmine claro
omnia per sonitus arcet, terram, mare, caelum.

I haec in tractatu, cuius fragmentum in membranis scriptum extet in bibliotheca Carbonaria, citari sub Ennii nomine eo loco, ubi de verbis neutris impersonalibus agatur, asserit C; qui refert ad *ἀποθέωσιν* Romuli sed eadem inveniuntur apud Vergilium georg. III, 260 sq.; falsumque testimonium illud propter ea quae ad epigr. IV sunt adscripta probabile est II Serv. Dan. in aen. I, 31 'arcebat', prohibebat. significat autem et continet. Ennius: qui — arcet, id est continet Prob. in bucol. VI, 31 plane trinam esse mundi originem et Lucretius confitetur dicens: principio maria ac terras caelumque tuere e. q. s. et alio loco: omnia — caelum Lachmannus in Lucret. IV, 126 haec Lucretii

III

5 introducuntur legati Minturnenses.

IV

populoi Romanoi.

V

carbasus alta volat pandam ductura carinam.

VI

quod bonus et liber populus.

VII

Tántalo prognátus, Pelope nátus, qui quondam á socru
10 Oénomao rege Híppodameam ráptis nanctust núptiis.

VIII

mare saxifragis undis.

IX

Fest. 314 [stipes fustis terrae] defixus — Afranius — [Ennius] — [Accius] in Bacchis ec[quem stipitem aut abi]eg[n]um aut al[neum .....]us. Ennius ..... [stipi]tes abiegno ..... e stipitem ..... [intere]mit eum, qua ..... [a]rripit. —

potius esse putat III Victorinus de metris 1959 spondiazon ut est: introducuntur e. q. s. ex Victorino petitum afferunt exemplum idem auctor commentarii de heroo hexametro VI, 634 Keil. et Aldhelmus de re gramm. et metr. ap. A. Maium auct. class. V, 524 probabiliter admodum grammatico, qui hoc exemplo varias hexametri species demonstrare voluerit, tribuendum dixit Keilius VI, 634 IV Mar. Victor. 2464 dativis autem casibus apud nos iuxta apponebatur (i littera), ut antea vobis dixisse memini, cum 'populoi Romanoi' pro populo Romano solitos priores scribere ostenderem idem exemplum positum in loco corrupto et lacunoso pg. 2458 (VI, 11 sq. K), ubi Keilius adnotavit plura petitum illud potius ex libris antiquis foederum vel legum eis quae dicta sunt apud Victorinum pg. 2458 fit probabile V schol. in Stat. Achill. I, 558 ap. Barth. II, 1693 ed. Stat. navis a velo, ut Ennius dubiae fidei homo Barthius; et suspicionem movet illud 'pandus', quod praeter h. v. non invenitur ante aetatem Augusti VI lexicon Terent., quod a Casp. Barthio advers. XXXVIII, 15 ex optimo manuscripto, ut memorat, editum est. Terentius adelphis (III, 4, 17, 18): neque boni officium functus es neque liberalis viri. Ennius in . eo (in primo *Barthius*): quod e. q. s. hoc est liberalis VII Cic. tusc. disp. III, 12, 26 qualis tibi ille videtur 'Tantalo' e. q s. — tamne ergo abiectus tamque fractus? nolite, inquit, hospites ad me adire e. q. s. tu te, Thyesta, damnabis Ennii Thyestae adscr. O. Ribbeckius; rectius Atrei Thyestae tribui puto propter ea quae notavit Servius in aen. VIII, 130 VIII Cic. de or. III, 42, 167 'Africa terribili tremit horrida terra tumultu'. pro Afris est sumpta Africa; neque factum (i. e. novatum) verbum est ut: m. s. u.; neque translatum ut 'mollitur mare' Pacuvio, cuius alterum est exemplum, etiam prius haud

5 hii producuntur *Aldhelmus* 9 socru *Bentleius; cf. Prisc. 698* vetustissimi communiter hic et haec socrus efferebant; socero *cdd.;* socro *Klotzius* 10 nanctust *Tregderus* (nactust *Bentleius*), nanctus *vel* nactus *libri boni*

supplementa sunt Vrsini, excepto quod 'aut' prius addidi ad versum fulciendum. — sed praeterea reponendum videtur: 'Sinnius'. eodem plane modo peccatum 352, 16 s. v. topper.

X

Achilles Statius in Catull. 1, 9 patronam Minervam dicit — eam vero Ennius et dominam et eram dixit. — cum etiam alias illum memoria lapsum Ennio adscripsisse constet aliena, testimonium hoc habendum inter suspecta.

XI

Barthii glosae ad aen. XII, 19 (adversar. XXXIII, 13) o praestans animi iuvenis. est prudens senis dictum — est vero ex Ennio (*ita Vahlenus,* 'ex seno Ennio' *Barthius*) translatum.

VI.

FALSO ADSCRIPTA.

I

Auctor l. de orig. gent. Rom. cap. 20 eiusque regionis subulcus Faustulus speculatus exponentes ut vidit relabente flumine alveum, in quo pueri erant, adhaesisse ad arborem fici puerorumque vagitu lupam excitam, quae repente exierat, primo lambitu eos detersisse, dein levandorum uberum gratia mammas praebuisse, descendit ac sustulit nutriendosque Accae Larentiae uxori suae dedit, ut scribunt Ennius lib. I et Caesar II.

II

fusi sine mente ac sine ullo sensu iacerent.

III

Fest. 375 veruta pila dicuntur quod [verua] habeant praefixa. Ennius l. X ..... cursus quingentos saepe veruti.

IV

in montes patrios et ad incunabula nostra.

immerito adscribas, ut pars sit anapaestici dimetri II Non. 312, 26 fundere prosternere iacere. Verg. aen. lib. I — et aen. lib. II fusi — iacerent hausta quaedam ex aen. II (252, 3) et quae extant petita ex Cic. act. II in Verr. V, 11, 28 demonstravit Ilbergius symb. philol. Bonnens. 438 III verba sunt Lucretii IV, 409 et quidem adhibita tali pacto, non ut transferri potuerint ex Ennio IV Cic. ad Att. II, 15, 3 ego v. in m. p. et ad i. n. pergam. Ennio adscripsit hexametrum Santenius comm. in Terentian. pg. 280; rectius alii Ciceronis Mario

V

Massili portabant iuvenes ad litora tanas.

VI

– ◡ ◡ – ◡ ◡ – Saturno sancte create.

VII

Serv. in aen. III, 384 quidam lentandus nove verbum fictum putant; sed in annalibus legitur: confricati oleo lentati paratique ad arma.

VIII

ut primum tenebris abiectis inalbabat dies.

IX

eu, méa puella! e spe équidem id successít tibi.

X

iam dómitionem réges Atridaé parant.

XI

egone íllam? — pudor est éloqui — quam cómperi —

tribuerunt V Inter tmesis exempla afferunt Donat. 1777, Pompei. V, 310 K; add. Pomp: id est 'Massilitanas lagonas portabant iuvenes ad litora' cf. d. r. m. 367 VI Servii in aen. X commentariis citari hoc hemistichium referunt C et Me; sed ibi non invenitur. est autem Furii ex annalium VI. nam in hoc testante Macrobio (VI, 1, 32) erat versiculus talis: quod genus hoc hominum, Saturno sancte create? VII haec a Barthio aliisque in versus redacta pessimos. at ex historia petita sunt nescio qua pertinentque ad descriptionem pugnae apud Ticinum factae. cf. v. E. 156 VIII Achilles Statius in Catull. 63, 40 lustravit aethera album. Ennius de sole: 'interea sol albu' recessit in infera noctis' et in sexto: ut primum e. q. s. lapsus est sive memoria sive manu ille; nam eadem verba extant Appuleii metam. l. VII init., ubi legitur: dies inalbebat IX Varro VII, 93 euax verbum nihil significat, sed effuticium naturaliter est, ut apud Ennium: hehae — apud Naevium (*ita docti;* ap. Ennium *v*) X v. auct. ad Herenn. III, 21, 34 Ennio adscripsere multi. et fortasse scriptori a quo confictus est versiculus quo demonstraretur, quali modo verborum similitudines imaginibus essent exprimendae, obversatus est locus quidam Iphigeniae Ennianae cet. cf. d. r. m. 420 XI Char. 254 per apoclisin: egone illam e. q. s. consulto verbum vel verba praetermittit, et quiddam suspicionis silentio contegit (Ennii Phoen. tribuit O Ribbeckius, comici potius esse alicuius

5 u. p. t. a. indalbabat (*debebat certe scribi* indalbebat) orta dies *Wakefieldus in Lucr. I, 83* 6 eu *O. Ribbeckius*, heu *Flor.* e *add. O. Ribb.* equidem *M*, quidem *v* successit *O. Muellerus*, succenset *Flor.*

XII

proin démet abs te régimen Argos: dúmst potestas, cónsule!

XIII

haec, béllicosus cuí pater, matér cluet Minérva.

XIV

Nérei natís.

XV

Fulgent. 562, 23 friguttire dicitur subtiliter aggarrire. unde — et Ennius (tenninus *excerpta Lugdun.*) in Telestide (*al.* Celestide *vel aliter*) comoedia sic ait: haec anus admodum friguttit. nimirum sauciavit se flore Liberi.

XVI

Varro V, 86 per hos (fetiales) etiamnunc fit foedus, quod 'fidus' Ennius scribit dictum. — ad Ennium grammaticum et haec et quae secuntur referenda.

XVI

Charis. 76 'erumnam' Ennius ait per e solum scribi posse, quod mentem eruat, et per a et e (et e *om. cd.*), quod aegrorem (merorem *cd.*) nutriat.

XVII

Versus Pauli Merulae dolo annalibus Enni additi.

I

horrida Romuleum certamina pango duellum.

II

armis
conditur Alba potens.

intellexit H. Keilius) XII XIII Censorin. qui dicitur 2726 octonarius iambus: proin e. q. s. septenarius: haec Minerva aperte haec ficta convenienter doctrinae illi, qua praecipiebatur ut in iambicis metris tragicorum impares loci cederent spondeis. octonarios iambicos tragici Latini ab Augusti inde aetate non adhibuerunt; nulli umquam septenarios XIV haec ex glossematis exemplorum a Prisc. 733 ex Ennii Andromeda et Plauti comoedia quae periit conflata demonstravit M. Hertzius, cuius conferendus commentarius I Merulae comm. p. 41 citatur autem a L. Calpurnio Pisone lib. I de continentia veterum poetarum; quo loco de artificiosis illorum exordiis — promittit omnia ad suam usque aetatem heroice Ennius: horrida e. q. s. Romuleum *Merula;* Romulei *Calpurnius* II ibid. p. 165 in Latino (glossario Forneri) sic erat: armipotens ὁπλοκράτωρ.

9 proin demet *Lachmannus*, proinde et *Colon.* consulendi *id.*, consule *M* 10 haec bellicosis cui mater pater *Colon.; corr. Carrio*

III

nascere, quae populos terraque marique lacesses
belli turbine praepropero. concussa tremiscent
cuncta acris a te vires.

* * *

in Roma Troia revixti.

IV

nequiquam; reliquae carni. nihil est animai.

V

dirius supplicium sceleris violentia poscit.

VI

disperge hostes, distrahe, diduc, divide, differ.

VII

undique: multimodis consumitur anxia curis;
omnibus inde locis ingens apparet imago
tristitias; oculosque manusque ad sidera lassas
protendunt, exsecrando duci' facta reprendunt
Poeni; pervertentes omnia circumcursant.

VIII

Fulviu' Nobilior stravit certamine crebro
Aetolos.

IX

vim tua noluntas facit imperiosa vetando
quem consul meruit, quum res bene gesta, triumphum.

Ennius: armis e. q. s. III ibid. p. 199 apud Calpurnium libro I de continentia veterum poetarum: apostrophe, inquit, *εὐκτική* est quotiens aversa iam ad quaevis oratione miscentur vota vel bona vel mala. Ennius in primo Vrbem condendam compellat, et compellatae omnia, quae magnitudinem eius testatura, precatur his verbis: nascere — vires; et quae postea: concludens in conventa Romae genetrice: in Roma e. q. s. praipropero *Merula;* proprio *Calpurnius* acreis a te vireis Merula; acrissate viros *Calpurnius* revixsti *Merula;* revisti *Calpurnius* IV ibid. p. 288 Calpurnius Piso in libris de continentia veterum poetarum: morti proximum, quin mortuum, vivis coloribus depingit Ennius libro secundo annalium, ubi sic scribit: (oscitat — retractant) nequiquam e. q. s. V ibid. p. 324 glossae Forneri: *παλαμναῖον* dirum, quod deorum iram habet coniunctam. Ennius in tertio: dirius e. q. s. poscit *Merula;* possit *glossae* VI ibid. p. 354 glossar. Forneri: divido *διασπείρω*. Ennius in quinto: disperge — differ VII ibid. p. 417 Calpurnius ille lib. I ubi de dissolutionibus — quanta autem audita suorum clade formidine contremuerint Afri, quam repentino motu illorum animi conciderint Ennius libro septimo dissolutiore id est meliore describit arte quam Naevius; quod potuit qui hoc posterior fuit: (Africa — tumultu) undique e. q. s. VIII ibid. p. 551 glossae Forneri: *ἀποκτείνω*, sterno. Ennius: Fulvius e. q. s. Nobilior stravit *Merula;* nobilis obstravit *glossae* crebro Aitolos *Merula;* cerebro et illos *glossae* IX ibid. p. 563 Calpurnius libro I: vehementissime apud Ennium tonat Clodius

X

praedam
dispertit.

XI

telo
transfigit corpus.

XII

postumque tyranni
Tarquinii corpus.

XIII

corde suo trepidat delicto Coclite.

XIV

apta dato signo loca torritis elephantis
explorant Numidae.

XV

multiplicant Romani funera late
qua Pollus furtim noctu.

VII. TESTIMONIA DE ENNIO.

I

Pompilius:
Pacvi discipulus dicor; porro is fuit Enni,
Enniu' Musarum. Pompilius clueor.

II

Lucr. I, 117 sqq.:
Ennius ut noster cecinit, qui primus amoeno
detulit ex Helicone perenni fronde coronam,
per gentis Italas hominum quae clara clueret.

Pulcer in M. Aebutium trib. plebis, cum prohiberet triumphum, quem ob res in Graecia praeclare gestas decreverat magno consensu senatus, accusans etiam Manilium. Inter alia: vim e. q. s. ex affectu haec Ennius scripsit in gratiam sui Fulvi, non ex veritate X ibid. p. 226 glossarium Gul. Forneri: dispertio, *διανέμω*. Ennius: praedam dispertit coniunxit Merula cum I, 49 XI ibid. p. 308 apud Calpurnium Pisonem lib. II quo loco agit de vocum sectione . . . . . scripsit Ennius licentia quadam toleranda lib. VI: telo transfigit corpus, saxo cere comminuit brum XII ibid. p. 310 glossae Forneri: tyrannus, *βασιλεύς*· Ennius annalibus: tostumque tyranni Tarquinii corpus emendavit Merula et coniunxit cum III, 4 XIII ibid. p. 327 glossae Forneri: *ἀπολειφθείς*, delictus. Ennius libro tertio: corde suo trepidat delicto poplite. Coclite *Me;* cf. inc. 30 XIV ibid. p. 369 glossarium Forneri: *πυργοφόρος*, torridus (turritus *Merula*) Ennius in V: a. d. s. l. torridis el. exp. numeri coniunxit Merula cum VII, 18 XV ibid. p. 433 gloss. Forneri: *φόνευσις*, funus, caedes. Ennius: multiplicant R. f. l. quam pullus f. n. coniunxit Merula cum VII, 24

III

Mamertin. genethl. Maximiani cap. 17 quod ait ille Romani carminis primus auctor — id nunc longius longiusque protendere licet.

IV

Hor. sat. I, 10, 54 de Lucilio:
non ridet versus Enni gravitate minores?

V

Cic. de opt. gen. orat. 1, 2 licet dicere et Ennium summum epicum poetam, sicui ita videtur, et Pacuvium tragicum et Caecilium fortasse comicum.

VI

Cic. pro Mur. 14, 30 etenim ut ait ingeniosus poeta et auctor valde bonus, proeliis promulgatis pellitur e medio — sapientia, vi geritur res. — eundem summum vocat poetam de or. I, 45, 198 et de prov. consul. 9, 21.

VII

Cic. Brut. 19, 76 sit Ennius sane ut est perfectior (Naevio); qui si illum, ut simulat, contemneret, non omnia bella persequens primum illud Punicum acerrimum bellum reliquisset. sed ipse dicit, cur id faciat: 'scripsere', inquit, 'alii rem vorsibus', et luculente quidem, etiamsi minus quam tu polite. nec vero tibi aliter videri debet, qui a Naevio vel sumpsisti multa, si fateris, vel, si negas, surripuisti.

VIII

Vitruv. IX praef. 16 (pg. 217 ed. Rosii) itaque qui litterarum iucunditatibus instinctas habent mentes, non possunt non in suis pectoribus dedicatum habere sicuti deorum sic Enni poetae simulacrum.

IX

Appendix vitae Vergilii de commentario Probi sublatae (pg. 67 Suet. reliq. ed. Reifferscheid.): cum is (Maro) aliquando Ennium in manu haberet rogareturque, quidnam faceret, respondit se aurum colligere de stercore Ennii. habet enim poeta ille egregias sententias sub verbis non multum ornatis. — ducta haec ex Cassiodorii instit. div. et hum. rer. initio.

X

Hor. c. IV, 8, 13 sqq.:
non incisa notis marmora publicis,
per quae spiritus et vita redit bonis
post mortem ducibus, clarius indicant
laudes quam Calabrae Pierides, neque
si chartae sileant quod bene feceris
mercedem tuleris.

XI

Hor. ep. II, 1, 50 sqq.:
Ennius et sapiens et fortis et alter Homerus,
ut critici dicunt, leviter curare videtur,
quo promissa cadant et somnia Pythagorea.

XII

Ovid. am. I, 15, 19 sq. Ennius arte carens animosique Accius oris casurum nullo tempore nomen habet.

XIII

Idem trist. II, 423 sq. utque suo Martem cecinit gravis Ennius ore, Ennius ingenio maximus, arte rudis.

XIV

Id. ib. 259 sq. sumpserit annales (nihil est hirsutius illis), facta sit unde parens Ilia, nempe leget.

XV

Valer. Max. VIII, 14 superior Africanus Ennii poetae effigiem in monumentis Corneliae gentis collocari voluit, quod ingenio eius opera sua illustrata iudicaret — vir Homerico quam rudi atque impolito praeconio dignior.

XVI

Seneca ap. Gell. XII, 2, 11 quidam sunt tam magni sensus Q. Ennii, ut, licet scripti sint inter hircosos, possint tamen inter unguentatos placere.

XVII

Quintil. X, 1, 88 ubi de epicis agitur latinis: Ennium sicut sacros vetustate lucos adoremus, in quibus grandia et antiqua robora non iam tantam habent speciem, quantam religionem.

XVIII

Sil. Ital. XII, 410 sqq.:
hic canet illustri primus bella Itala versu

attolletque duces caelo ; resonare docebit
hic Latiis Helicona modis nec cedet honore
Ascraeo famave seni.

XIX

Martial. V, 10, 7 sq.:
Ennius est lectus salvo tibi, Roma, Marone,
et sua riserunt saecula Maeoniden.

XX

Spartian. v. Hadriani cap. 16 Ciceroni Catonem, Vergilio Ennium, Sallustio Caelium praetulit, eademque iactatione de Homero ac Platone iudicavit.

XXI

Fronto de feriis Alsiens. ep. 3 pg. 224 Nab.: nec dubito quin te ad ferias — fruendas ita compararis — ut — aut te Plauto expolires aut Accio expleres aut Lucretio delenires aut Ennio incenderes.

XXII

Macrobius I, 4, 17 Ennius, nisi cui videtur inter nostrae aetatis politiores munditias respuendus, 'noctu concubia' dixit.

XXIII

Id. VI, 3, 9 nemo ex hoc viles putet veteres poetas, quod versus eorum scabri nobis videntur. ille enim stilus saeculi Enniani auribus solus placebat, et diu laboravit aetas secuta, ut magis huic molliori filo acquiesceretur.

XXIV

Id. VI, 9, 9 quia saeculum nostrum ab Ennio et omni bibliotheca vetere descivit, multa ignoramus, quae non laterent, si veterum lectio nobis esset familiaris.

XXV

Cic. tusc. disp. III, 19, 44 (post Andromachae versus memoratos) o poetam egregium! quamquam ab his cantoribus Euphorionis contemnitur.

XXVI

Auct. ad Herenn. VI, 4, 7 itaque ut, si de tragoediis Enni velis sententias eligere aut de Pacuvianis nuntios et quia plane rudis id facere nemo poterit, quom feceris, te litteratissumum putes, ineptus sis.

XXVII

Vulcatius Sedigitus in libro de poetis inter palliatae comoediae auctores ultimo loco ponit Ennium; nam ita ille apud Gellium XV, 24:
decimum addo causa antiquitatis Ennium.

XXVIII

Hor. sat. I, 10, 64 sq.:
fuerit Lucilius, inquam,
comis et urbanus, fuerit limatior idem
quam rudis et Graecis intacti carminis auctor.

XXIX

Porphyr. in epist. I, 3, 1 hic Florus fuit saturarum scriptor, cuius sunt electae ex Ennio, Lucilio, Varrone saturae.

XXX

Hor. ep. II, 3, 55 sqq.:
ego cur, acquirere pauca
si possum, invideor, cum lingua Catonis et Enni
sermonem patrium ditaverit et nova rerum
nomina protulerit?

XXXI

Cic. or. 31, 109 an ego Homero, Ennio, relicuis poetis et maxime tragicis concederem, ut ne omnibus locis eadem contentione uterentur crebroque mutarent, nonnumquam etiam ad cotidianum genus sermonis accederent: ipse numquam ab illa acerrima contentione discederem?

XXXII

Fronto epist. IV, 3 pg. 62 Nab.: rari admodum veterum scriptorum in eum laborem studiumque et periculum verba industriosius quaerendi sese commisere: oratorum post homines natos unus omnium M. Porcius eiusque frequens sectator C. Sallustius, poetarum maxime Plautus multoque maxime Ennius, eumque studiose aemulatus L. Caelius.

XXXIII

Fronto ep. ad Verum I, 1 pg. 113 Nab.: in poetis autem quis ignorat ut gracilis sit Lucilius, Albucius aridus, sublimis Lucretius, mediocris Pacuvius, inaequalis Accius, Ennius multiformis?

XXXIV

Cic. orat. 10, 36 sed in omni re difficillimum est formam, qui χαρακτὴρ Graece dicitur, exponere optime, quod aliud aliis videtur optimum. 'Ennio delector', ait quispiam, 'quod non discedit a communi more verborum;' 'Pacuvio', inquit alius, 'omnes apud hunc ornati elaboratique sunt versus, multa apud alterum neglegentius.' fac alium Accio. varia enim sunt iudicia.

XXXV

Cic. de orat. III, 7, 27 atque id primum in poetis cerni licet, quibus est proxima cognatio cum oratoribus, quam sint inter sese Ennius, Pacuvius Acciusque dissimiles, quam apud Graecos Aeschylus, Sophocles, Euripides, quamquam omnibus par paene laus in dissimili scribendi genere tribuitur.

XXXVI

Cic. or. 45, 152 sed Graeci viderint. nobis ne si cupiamus quidem distrahere voces conceditur. indicant orationes illae ipsae horridulae Catonis, indicant omnes poetae praeter eos, qui, ut versum facerent, saepe hiabant, ut Naevius: 'vos qui accolitis Histrum fluvium atque algidum' et ibidem: 'quam numquam vobis Grai atque barbari'; et Ennius: 'Scipio invicte'; et quidem nos semel: 'hoc motu radiantis Etesiae in vada ponti'.

XXXVII

Gell. XIII, 23, 18 Ennius autem in primo annali in hoc versu:

Nerienem Mavortis et Herem,

si, quod minime solet, numerum servavit, primam syllabam intendit, tertiam corripuit.

XXXVIII

Horat. ep. II, 3, 258 sqq. hic (de trimetro tragico Alexandrinorum loquitur, qui habebat fere locis inparibus spondeos) et in Acci nobilibus trimetris apparet rarus, et Enni in scaenam missos cum magno pondere versus aut operae celeris nimium curaque carentis aut ignoratae premit artis crimine turpi.

XXXIX

Cic. de fin. I, 3, 7 locos quidem quosdam, si videbitur, transferam, et maxime ab eis quos modo nominavi, cum inciderit ut id apte fieri possit, ut ab Homero Ennius, Afranius a Menandro solet.

XL

Cic. de fin. I, 2, 4 in quibus hoc primum est, in quo admirer, cur in gravissimis rebus non delectet eos sermo patrius, cum idem fabellas latinas ad verbum e Graecis expressas non inviti legant. quis enim tam inimicus paene nomini Romano est, qui Ennii Medeam aut Antiopam Pacuvii spernat aut reiciat, quod se isdem Euripidis fabulis delectari dicat, latinas litteras oderit?

XLI

Cic. acad. post. I, 3, 10 quid enim causae est cur poetas Latinos Graecis litteris eruditi legant, philosophos non legant? an quia delectat Ennius, Pacuvius, Accius, multi alii, qui non verba, sed vim Graecorum expresserunt poetarum?

XLII

Varro VII, 82 apud Ennium: 'Andromachae nomen qui indidit, recte indidit', item 'quapropter Parim pastores nunc Alexandrum vocant'. imitari dum volt Euripidem et ponere ἔτυμον, est lapsus. nam Euripides quod Graeca posuit, ἔτυμα sunt aperta.

XLIII

Suet. de gramm. cap. 1 initium quoque (grammaticae) mediocre extitit, siquidem antiquissimi doctorum, qui idem et poetae et semigraeci erant — Livium et Ennium dico, quos utraque lingua domi forisque docuisse adnotatum est — nihil amplius quam Graecos interpretabantur aut siquid ipsi latine composuissent praelegebant. nam quod nonnulli tradunt duos libros de litteris syllabisque, item de metris ab eodem Ennio editos, iure arguit L. Cotta non poetae sed posterioris Enni esse, cuius etiam de augurandi disciplina volumina ferantur.

XLIV

Fest. 293 s. l. solitaurilia: consuetudinem (geminandi litteras in scribendo) Ennius mutavisse fertur, ut pote Graecus graeco more usus, quod illi aeque scribentes ac legentes duplicabant mutas et semi[vocales]. — cf. eiusd. lemma: mutas et semivocales pg. 158.

XLV

Isidor. orig. I, 21 (ex Suetonio, ut videtur): vulgares notas Ennius primus mille et centum invenit. notarum usus erat, ut, quidquid pro contione aut in iudiciis diceretur, librarii scriberent simul astantes divisis inter se partibus quot quisque verba et quo ordine exciperet. Romae primus Tullius Tiro Ciceronis libertus commentatus est notas, sed tantum praepositionum. post eum Vipsanius Philargyrus et Aquila libertus Maecenatis alias addiderunt. denique Seneca contracto omnium digestoque et aucto numero opus effecit in quinque milia.

XLVI

Sueton. de grammat. cap. 2 hactenus tamen (imitati grammatici latini Cratetem Malloten, qui sub Ennii mortem Romae fuerat), ut carmina parum adhuc divolgata vel defunctorum amicorum vel siquorum aliorum probassent, diligentius retractarent ac legendo commentandoque et ceteris nota facerent; ut C. Octavius Lampadio Naevii Punicum bellum, quod uno volumine et continenti scriptura expositum divisit in septem libros; ut postea Q. Varguntеius annales Enni, quos certis diebus in magna frequentia pronuntiabat.

XLVII

Incerti auctoris, Octavii Lampadionis vel Q. Varguntei, ut videtur, epigramma, subscriptum imagini Ennii, annalium editioni praefixae (cf. Cic. tusc. disp. I, 15,.34):

aspicite, o cives, senis Enni imagini' formam!
hic vestrum panxit maxima facta patrum.

XLVIII

Iulianus rhetor apud Gell. XVIII, 5, 11 ut non turbidae fidei nec ambiguae, sed ut purae liquentisque esset, 'ecus' ne an 'eques' scriptum Ennius reliquisset, (annalium) librum summae atque reverendae vetustatis, quem fere constabat Lampadionis manu emendatum, studio pretioque multo unius versus inspiciendi gratia conduxi et 'eques', non 'equus', scriptum in eo versu inveni. — de Lampadione cf. etiam Fronton. ep. ad M. Caes. I, 7 pg. 20 Nab.

XLIX

Schol. Bernens. in georg. II, 119 acanthi; Gnifo (Niso *Bern. 165*) commentator *(ita Bernens. 165;* commentatur *Bern. 172)* annalium lib. X hanc arborem in insula Cercina (*cdd.* certina, *em. Momsenus*) regionis Africae esse dicit *(om. Bern. 172)* oportunum tincturae, quae in floris sui colorem lanam tinguat; unde vestis *(ita C. G. Muellerus,* vitis *B. 172)* acanthia appellatur.

L

Anecdot. Parisin. (pg. 138 Suet.): his solis (notis XXI) in adnotationibus Ennii Lucilii (cd. *Lucii; corr. Bergkius*) et scaenicorum (*cd.* historicorum) usi sunt Vargunteius (*ita Bergkius; cd.* varros), Ennius, Aelius (Laelius *Bergkius, coll. Suet. de gramm.* 2) aeque et postremo Probus, qui illas in Virgilio et Horatio et Lucretio apposuit ut Homero Aristarchus.

LI

Suet. de gramm. cap. 8 M. Pompilius Andronicus (Sullae aequalis) — multa composuit, verum adeo inops atque egens, ut coactus sit praecipuum illud opus suum annalium Enni elenchorum sedecim milibus nummum cuidam vendere, quos libros Orbilius suppressos redemisse se dicit volgandosque curasse nomine auctoris.

CARMINIS DE BELLO POENICO RELIQVIAE.

Liber I.

I

Ennius init. l. VII de bello Punico primo:

scripsere alii rem
versibu', quos olim Faunei vatesque canebant,
cum neque Musarum scopulos quisquam superarat
nec dicti studiosus erat.

II

Fest. 325 versus quoque antiquissimi, quibus Faunus fata cecinisse hominibus videtur, saturnii appellantur. quibus et a Naevio bellum Punicum scriptum est et a multis aliis plura composita sunt.

III a

Suet. de gramm. cap. 2 Crates Mallotes, Aristarchi aequalis, nostris exemplo fuit ad imitandum, hactenus tamen, ut carmina parum adhuc divolgata vel defunctorum amicorum vel siquorum aliorum probassent diligentius retractarent ac legendo commentandoque et ceteris nota facerent; ut C. Octavius Lampadio Naevii Punicum bellum, quod uno volumine et continenti scriptura expositum divisit in septem libros.

III b

Non. 170, 21 septifariam, ut multifariam. Santra *(ita v,* Sata *cdd.)* de verborum antiquitate: quod volumen unum nos lectitavimus, set postea invenimus septifariam divisum.

IV a*(**)

Novém Iovís concórdes fíliaé soróres,
Musás quas mémorant Grái quásque nós Casménas.

IV Caes. Bass. 2679 nostri antiqui, ut vere dicam, quod apparet, usi sunt eo (v. Saturnio) non observata lege nec uno genere custodito — sed praeterquam

1 novem Iovis *v*, novei moves *cdd. Victorin*, navem Iovis *Caes.* 2 Musas *Scal.* curvam; (*id est* curvamus) ac quas *Flor.* (curva *ad superiora pertinet*) memorant Graii *add. O. Mueller* quasque *adiecit M* nos Casmenas *M*

V b*

Gell. XVII, 21, 45 eodemque anno (a. u. c. 519) Cn. Naevius poeta fabulas apud populum dedit, quem M. Varro in libro de poetis primo stipendia fecisse ait bello Poenico primo, idque ipsum Naevium dicere in eo carmine, quod de eodem bello scripsit. — l. I adscr. Spangenb.

VI a*

postquámde avés aspéxit ín templo Áuchísa,
sacra ín mensá Penátium órdiné ponúntur.
tum víctimam ímmolábat aúreám púlchram.

VII b*

ámborum úxóres
noctú Troiád exíbant cápitibús opértis,
flentés ambás, abeúntes lácrimis cúm múltis.

VIII c

eorúm sectám sequúntur múlti mórtáles.

quod durissimos fecerunt, etiam alios breviores, alios longiores inseruerunt, ut vix invenerim apud Naevium, quos pro exemplo ponerem — apud Naevium poetam hos repperi idoneos: ferunt e. q. s. et alio loco: novem — sorores Mar. Vict. 2586 postquam haec compilavit, ita pergit: quorum (versuum) est hic — item: ferunt e. q. s. et apud Naevium: novem — sorores id. 2588 sane ut in hendecasyllabo primus pes incertus est, ita et in hoc duo primi pedes variantur: iam nunc vocet Camenas quis novem sorores Ter. Maur. in descriptione eiusdem metri v. 2514: ut si v. C. q. n. s. in initio carminis locavit Spangenbergius Varro VII, 26 Musas e. q. s. Casmenarum (Camenarum *Flor.*) priscum vocabulum ita natum ac scriptum est: alibi Carmenae ab eadem origine sunt declinatae. in multis verbis in quo antiqui dicebant 's', postea dictum 'r' Naevio adscr. cum superiore versu coniunxit M VI Prob. in bucol. 6, 31 Ennius Anchisen augurii ac per hoc divini quiddam habuisse praesumit sic — Naevius belli Punici tertio sic: postquam — pulchram cf. et Enn. I, 24 VII Serv. Danielis in aen. III, 10 litora cum patriae lacrimans. amat poeta quae legit immutata aliqua parte vel personis ipsis verbis proferre. Naevius enim inducit uxores Aeneae et Anchisae cum lacrimis Ilium relinquentes his verbis: amborum e. q. s. VIII Serv. Danielis in aen. II, 797 sqq. sane adamat poeta ea quae legit diverso modo proferre. Naevius belli Punici primo de Anchisa et Aenea fugientibus haec ait: 'eorum — mortales', hoc est 'invenio admirans numerum'; 'multi — viri', ecce hi sunt 'animis parati'; 'ubi — exibant', ecce et 'opibus instructi' ex his frgm. alterum

nosce nos esse *Flor.* 3 postquamde *M*, postquam *v* aves *Keilius*, avem *Vatic., ed. princ.*, autem *Parisin.* Anchises *Vat.* 4 5 ponuntur. tum vict. imm. aur. *M;* pon. imm. aur. vict. *cdd.* 7 Troiad *Vossius*, Troiade *cdd.* 8 ambas *Ritschel. nov. exc. Plaut. pg. 55*, ambae *v; fort.*: fl. ambae, abitentes

IX d*

ferúnt pulchrás cretérras, aúreás lepístas.

X e(α)*

pulchraque ⏑⏑⏑ ex auro vestemque citrosam.

XI (β)*

Fest. 310 [sup]parum; puni[ceum vestimentum ita vo]cat Naevius (*ita Vrsin.*, ne vi *cd.*) de [bello puni]co.

XII f

ibí forás cum aúro flico éxíbant.

XIII g

multi álii e Tróia strénuí virí venére.

XIV h*

Serv. in aen. I, 170 novam tamen rem Naevius bello Punico dicit, unam navem habuisse Aeneam, quam Mercurius fecerit.

XV i*

senéx fretús pietátei tum ádlocútus súmmi
deúm regís frátrem Neptúnum régnatórem
marúm.

post tertium (v. 12) colloc. M IX Caesius Bassus 2680 apud Naevium poetam hos repperi idoneos (de saturnio versu agitur): ferunt e. q. s. Mar. Victorin. 2587 item: ferunt e. q. s. et apud Naevium: novem — sorores (*reponendum*: et apud Naev. 'novem' e. q. s. item 'ferunt — creterras') Mar. Plot. 2650 ferunt pulchras creterras. huc usque hipponactium amphicolum dimetrum catalecticum iambicum est. nam quod sequitur trochaicum dimetrum brachycatalectum ithyphallicum tale est 'aureas lepistas': novissima syllaba indifferens. totus versus sic: ferunt — lepistas (novissima — lepistas *om. Paris.*); et: malum — poetae X Isid. XIX, 22 (haud dubie ex Fest. 42) citrosa quasi concrispa ad similitudinem citri. Naevius: pulchraque e. q. s. glosographus Vatic.: citrosus, -a, -um, id est crispus et decorus, unde Naevius: puram ex auro e. q. s. Macrob. III, 19, 5 quod ait Oppius inter vestem poni citreum, idem significat Homerus, cum dicit *εἵματα δ' ἀμφιέσασα θνώδεα σιγαλόεντα.* hinc et Naevius poeta in b. Pun. ait citrosam vestem IX X huc rett. M XII cf. frgm. VIII XIII cf. frgm. VIII XV Prisc. 770 inveni 'marum' pro 'marium', qui tamen in raro est usu genetivus, apud Naevium in carmine belli Punici: senex — marum, pro marium l. I adscr. Schuettius et Kluss-

10 pulchas ereterras *Palatin. 1753 Victor.; priore loco Plotii* pulcras *m. 1 cd. Voss.;* crateras *Paris.; posteriore* crateras *cd. Cusanus;* pulchros (pulcros) pateras *cdd. Caesii* aereas *id.* aureasque *Victorini libri* 11 *hexameter dactylicus; f. p.* multa alia ex auro vestemque citrosam (vestis quae citrosum *Guelf.*) 12 ibi *Havetus* — ilico *M;* ubi — illic *v* 13 strenue *Thilo operarum errore* venere *add. M* 14 15 *locus ut puto gravius interpolatus* pietatei *Vahlenus, cdd.* pietati *vel* pietate; tum *M*, deum *v; fortasse* pietated adlocutus *pars librorum* allocutus *fortasse* Neptunum fratrem

XVI k*

Serv. Dan. in aen. I, 198—207 o socii e. q. s. totus hic locus de Naevii belli Punici libro translatus est.

XVII l

Macrob. VI, 2, 31 in principio aeneidos tempestas describitur et Venus apud Iovem queritur de periculis filii et Iuppiter eam de futurorum prosperitate solatur. hic locus totus sumptus a Naevio est ex primo libro belli Punici. illic enim aeque Venus Troianis tempestate laborantibus cum Iove queritur et secuntur verba Iovis filiam consolantis spe futurorum.

XVIII m*

patrém suúm suprémum óptumum ádpéllat:
summé deúm regnátor, quíanam mé genuísti?

XIX n*

Serv. Dan. in aen. IX, 715 Prochyta — hanc Naevius in primo belli Punici de cognata Aeneae nomen accepisse dicit.

XX o*

Lactant. instit. div. I, 6 (pag. 142 Mign.) quartam Sibyllam Cimmeriam in Italia, quam Naevius in libris belli Punici, Piso in annalibus nominat. — libro I adscr. Spangenb.

XXI p

silvícolae . . . . . hómines
bellíque inértes.

XXII q*

blánde et dócte pércóntat,
Aenéa quó pácto Tróiam urbém liquísset.

mannus XVIII Varro VII, 51 Naevius: patrem — adpellat. supremum a superrumo dictum l. I adscr. Klussmannus Fest. 257 quianam pro quare et cur positum est apud Naevium in carmine Punici belli: summe e. q. s. l. I adscr. M XXI Macrob. VI, 5, 9 (aen. X, 551) silvicolae Fauni. Naevius (nevius *P*) belli punici libro primo: s. h. e. q. s. XXII Non. 474, 6 perconta . . . . . Novius malevolis: si percontassem e. q. s. Naevius belli Punici lib. II id. 335, 2 liquerit significat et reliquerit. Accius: tum — liquerit.

18 me *add. Havetus* genuisti *Scal.*, genus isti *cd.* 20 inhertes *P* 21 doctae, *sed corr. L 335* 22 Aenea *docti;* 335 aenas *G et m. 1 H;* enas *id. 2 et L;* 474 aeñ (*id est* aeneidos) *L*, aeneidos, *m. 2* aennius *H*, Ennius *G* liquerit *(quod ex Accii v. interpolatum) L G H 335; in H m. 2* reliquerit; reliquisset *cdd. 474* (relinquisset *prius L*); *corr. Me*

XXIII a*

Serv. in aen. I, 273 Naevius et Ennius Aeneae ex filia nepotem Romulum conditorem urbis tradunt.

XXIV b*

manúsque súsum ad caélum sústulít suás rex
Amúliús divísque grátulábátur.

XXV c*

Serv. in aen. IV, 9 Anna soror. cuius filiae fuerint Anna et Dido Naevius dixit. — l. I adscr. M; nisi potius initio addetur l. III.

XXVI d*

Varro V, 43 Aventinum aliquot de causis dicunt. Naevius ab avibus, quod eo se ab Tiberi ferrent aves. — l. I adscr. M.

XXVII e*

Varro V, 53 quartae regionis Palatium — eundem hunc locum a pecore dictum putant quidam: itaque Naevius Balatium (*ita Flor.*) adpellat. — l. I adscr. M.

XXVIII a*

˘ – ˘ – ˘ – ˘ – res dívas édícit,
praedícit cástus.

XXIX b**

Voltúrnalém, Palátuálem, Fúrrinálem
Florálemque ét Falácrem et Pómonálem fécit
hic ídem.

Naevius belli Poenici lib. II l. I adscr. Me XXIV Non. 116, 30 gratulari gratias agere — Naevius belli Punici lib. I: manusque e. q. s. (I *M*, manusque *Me; cdd.* III isque) XXVIII Non. 197, 15 castitas et castimonia generis feminini. masculini — Naevius carmine Punici belli huic loco adscr. M XXIX Varro VII, 45 flamines — in quibusdam apparent ἔτυμα, ut quor sit Martialis et Quirinalis; sunt in quibus flaminum cognominibus latent origines, ut, in his qui sunt versibus, plerique: Volturnalem e. q. s. (Naevii belli Pun. l. I adscr. M). quae obscura sunt. eorum origo Volturnus, diva Palatua, Furrina, Flora, Falacer pater, Pomona (*ita O. Mueller*, pomorum nam *F*)

23 irqué súsum ad caélum sústulít suúm rex *Havetus pg. 338* sustulit *om. L* rex *Stephanus*, res *cdd.* 24 *id.* Amullus; *corr. Bentin.* divisque gratulabatur *M*, grat. divis *cdd.* 27 Volturnalem, Palatualem *v*, volturnales, palatuales *F;* Vortunalem *cd. Turnebi*, Vortumnalem *O. Mueller* Furrinalem *id.*, furinalem *F* 28 Floralemque *O. Mueller*, floralem qui *F* et *add. M* pomonales *F*

Liber II.

I a

30 ⏑ – ⏑ príma incédit Céreri' puér Prosérpna.

II b

deindé polléns sagíttis ínclutús arquítenens
sanctús Delphís prognátus Pýthiús Apóllo.

Liber III.

I (α)*

scopás atqué verbénas ságminá sumpsérunt.

II (β)

simítu

35 atróciá porrícerent éxta mínistratóres.

III*

Marcus Valerius consul partem exerciti
in expeditionem ducit.

IV*

convenit regnum simul atque locos ut haberet.

I Prisc. 697 non est tamen ignorandum, quod etiam hic puerus, hic et haec puer vetustissimi protulisse inveniuntur — Naevius in II belli Punici (in VI *cdd. quidam a Scriverio inspecti, item Nestoris Novariensis glosarium pg. 78 aversa ed. Venetae a. 1496*) II Macrob. VI, 5, 8 (aen. III, 75) quam pius arquitenens. hoc epitheto usus est Naevius belli Punici libro secundo: deinde — Apollo I Paul. 320 sagmina dicebant herbas verbenas, quia ex loco sancto arcessebantur (arcebantur *cdd.*) legatis proficiscentibus ad foedus faciendum bellumque indicendum, vel a sanciendo, id est confirmando. Naevius: scopas e. q. s. Fest. 321 sagmina vocantur verbenae, id est herbae purae, quia ex lo o sancto arcessebantur (*cd.* arcebantur) a consule praetoreve leg. prof. — confirmando. Naevius: ius sacratum Iovis iurandum sagmine excidisse in Festi cd. Naevii versum, quem affert Paulus, cum nomine auctoris scaenici, cuius sunt illa: ius e. q. s., intellexit O. Mueller ad belli initium rettulit Me II Non. 76, 5 atrox, crudum. Naevius belli Poenici lib. III (IIII *Bamberg., Colbertin., Montepessul., cd. Danielis*) III Charis. 103 exerciti Gn. Naevius belli Punici libro (*ita M*, lib. I *cd.*; tertio *tribuit Vahlenus*) IV Non. 211, 3 loca — neutri — masculini — Naevius belli Punici lib. III (*ita M;* VII *Me;*

30 incedet *G L* puer Proserpna *M*, p. proserpina *L*, proserpina puer *rell.* 32 sanctus *Vahlenus*, sanctusque *cdd.*, *etiam P, ut vid.* 33 scopas *Scal.*, scapas *Guelferb.*, scabos *Monac.*, scapos *cd. Tricassinus* 34 simitu *M*, simul *v* 35 atroci, *sed m. 1 corr. H* porricerent *Iun.*, proicerent *cdd.* exta *Bamberg., H m. 1*, extra *id. 2, G*, exstra *L* ministratores; *pronuntiandum* minstratores *vel* mistratores; *ut* fenstra *vel* festra *dictum pro* fenestra 36 37 *trimetri iambici* 36 Manius *recte Me* 38 *hexameter dactylicus* non *pro* ut *L* haberet

Liber IV.

I*

conferreque aut ratem aeratam qui perit et
40 qui dum mare sudantes eunt atque sedantes.

II

transít Melitám Románus, ínsulam íntegram, óram
urít populátur vástat; rem hóstiúm concínnat.

III a*

sin íllos déseránt fortíssimós virórum,
magnúm stuprúm pópulo fíeri pér géntis.

IV (β)*

45 seséque eí períre mávolúnt ibídem
quam cúm stupró redíre ád suós populáres.

V

vicíssátim

volví victóriam.

VI

vérum

50 praetór advénit, prósperum aúspicát auspícium.

VII

eám cárnem

victóribús . . . . danúnt.

VI *v*) I Varro VII, 23 ratis navis longas dixit, ut Naevius quom ait: conferreque aut e. q. s. ratis dicta navis longa propter remos ad navalis rei parandae studium, quo Romani tenebantur initio belli, refert O. Muellerus II Non. 90, 27 concinnare conficere vel colligere. Naevius belli Poenici lib. IIII III IV Fest. 317 stuprum pro turpitudine antiquos dixisse apparet in Nelei carmine — Naevius: seseque e. q. s. item: sin — gentis auctor de dub. nom. (V, 591 K) stuprum generis neutri ut Naevius (*ita Hauptius, cdd.* niveus): magnum — gentes V Non. 183, 15 vicissatim, per vices. Naevius belli Punici lib. IIII VI Non. 468, 27 auspicavi pro auspicatus sum — Naevius belli Poenici lib. IIII VII Non. 97, 18 danunt

Me, haberent *cdd.* 39 40 *fortasse:* ratem aératám conférre quí queánt períte per líquidum máre sedéntes átque soédántes. conf. queant *cd. Turnebi* perite per liquidum *Scal.* 41 Romanus *Vahlenus*, R. exercitus *cdd.* oram *add. M* 43 virorum *Scal.*, viros *cd.* 44 magn' *Monac. de dub. nom.* populo *om. auct. d. d. n.* gentes *id.* *fort.* m. st. populói f. p. g. 45 ei *Vahlenus*, i *cd.* 46 strupro *id.* 49 verum *Iun.*, virum *cdd.* 50 advenit *Me*, adveniet *v* pr. ausp. ausp. *M*, ausp. ausp. pr. *cdd.*

Liber VI.

I

iam séptimúm decimum ánnum ílicó sedéntes.

II

censét eó ventúrum óbviám Poénum.

III

supérbitér contémptim cónterít legiónes.

Liber VII.

I

id quóque pacíscunt, moénia út sint quaé concílient
Lutátiúm. captívos plúrimós ídem,
Sicíliensés pacíscit óbsidés ut réddant.

Ex libris incertis.

I*

magní metús tumúltus péctorá possídit.

II*

apúd empórium in cámpo hóstiúm pro moéne.

dant — Naevius belli Poenici lib. IIII I Non. 325, 5 ilico, in eo loco. Naevius belli Poenici lib. VI (*in ras. H,* III *Paris., Genev., Bern. 83*) II Non. 267, 18 censere significat existimare, arbitrari — Naevius Poenici belli lib. VI III Non. 515, 10 superbiter (superviter *G L, item m. 2 H*) — Naevius belli Poenici lib. VI superbiter e. q. s. id. 515, 33 contemptim (contemtim *L H*), contemnenter. Naevius belli Poenici lib. VI I Non. 474, 16 paciscunt. Naevius belli Poenici lib. VII: id quoque e. q. s. I Non. 214, 9 metus masculini (*add. L* non feminino, *punctis supra infraque additis, sed erasis; H* masculino feminino, *notato hoc linea m. 2*) Naevius bello Punico adscr. Klussmannus II Fest. 145 moene singulariter dixit Ennius (Naevius *O. Muellerus*): apud

53 iam *add. M* decimum *om. Bern. 83* illico *L* sedentes *M*, sedent *v* 54 censet *L, H m. 1, Genev., B 83, G; sed in hoc* n *supra additum;* censent *H m. 2* 55 superviter *L, G, item m. 2 H l. utroque* contentim *G H L 515, 10;* contemtim *id.* 515, 33 56 paciscunt, moenia ut *M;* paciscuntur moenia sint *cdd.* 57 58 concilient Lutatium *M*, lutatium (luctatium, *sed* c *notata puncto H*) reconciliant *cdd.* 59 metus *v*, uitus *L m. 1*, intus *rell.* possidit *L m. 1, A. Spengelius*, possidet *rell.* 60 *saturnium agnovit O. Muellerus*

III

famés acér augéscit hóstibús ⏑ – –

IV*

Fest. 262 runa genus teli significat . . . . . Naevi[us] . . . . . ad carmen belli Punici rettulit Vahlenus.

V

magnám domúm decorémque, dítem véxárant.

VI*

toppér ⏑ ⏑ capésset flámma Vólcáni.

VII

honerária*éque* honústae stábant ín flústris.

VIII

Fest. 293 s. l. Sublicium pontem — [quidam quod sub eo] aqua liquens [laberetur, sublicium dicunt], in qua opinio[ne fuit . . . . . .] et meminit [Sublicii pontis Naevius] qui ait in belli [Punici libro . . . . . .]quam liquidum . . . . . amnem.

e. q. s. III Prisc. 647 acer et alacer — quamvis acris et alacris plerumque faciant — feminina, in utraque tamen terminatione communis etiam generis inveniuntur prolata — Naevius in carmine belli Punici: fames e. q. s. id. 696 ubi de re agitur eadem: Naevius i. c. b. P. 'fames — hostibus' V Prisc. 699 invenitur tamen etiam simplex decor, decoris paenultima correpta apud vetustissimos, quando pro decorus accipitur. Naevius in carmine belli Punici: magnam e. q. s. aliter enim iambus stare non potest glosographus Vatic. (ap. A. Maium, auct. class. VIII, 165) item a verbo decet hic decor, -ris, quod etiam communis generis invenitur; unde Naevius: magnam e. q. s. VI Fest. 352 topper significare ait Artorius cito, fortasse [celeriter, temere]. cito; sic in Nelei carmine — cito (citius *v*); sic Cn. Naevi carmine belli Punici: topper ⏑ – (Cn. *O. Muellerus*, C *cd.* carmine belli Punici: topper ⏑ – *M; om. cd., ex quo unus versus archetypi propter simile initium excidit; v contra artem* Cn. Naevius: ⏑ – capesset topper *vel* topper capesset VII Isid. de natura rerum cap. (ex Festo haud dubie) 44 flustrum motus maris sine tempestate fluctuantis, velut Naevius in bello Poenico (*ita Iac. Gronovius; cdd.* punico, pontifico, poni, pontico) sic ait: hon. e. q. s., ut si diceret in salo (sic — salo *om. Bamberg. prior, Bern. 610; in illo spatium duodecim litt. vacuum*); cf. Paul. 89 flustra dicuntur,

61 *uno versu haec contineri iussit Havetus* acer haec fames *L 647* 62 magnam *B m. 1, G*, magnam *supra add.* que (*m. 2 in K*) *L K*, magna quae *R m. 1*, magnamque *R B m. 2* vexerant *Priscianus*, vexarant, a *posita in ras., H*, vexarant *plures libri Krehlii;* duxerat *glosograph. Vatican.* 63 *addendum ut puta* rates *vel* domos 64 honerariaeque *M, nisi praestat scribi* honerarias onustas; *cf. Ritschel. novi exc. Plaut., pg. 117 sq.;* honerariae honustae (onerariae on. *Bamberg. alt.*) *cdd.* stabunt *quidam libri*

IX

ineránt expréssa signa, quó modó Titáni
bicórporés Gigántes magnique Atlantes,
Runcús atqué Purpúreus fílií térras.

X (*α*)

eí venít in méntem hóminum fórtúnas.

XI (*β*)

iamque eíus mentém fortúna fécerát quiétem.

XII*

simúl alís aliúnde rúmitánt intér se.

XIII (*α*)

quod brúti néc satís sardáre
queúnt.

XIV (*β*)

pleríque omnés subigúntur súb vanúm iudícium.

cum in mari fluctus non moventur, quam Graeci *μαλαχίαν* vocant IX Priscian. 679 eiusdem (i. e. primae) declinationis femininorum genetivum etiam in 'as' more Graeco solebant antiquissimi terminare — Livius in odyssia — Naevius in carmine belli Punici (*ita M*, belli Punici I *v; om.* I *R m. 1*): inerant — Terras, pro 'Terrae' id. 689 'Titanus' quoque pro 'Titan' dicebant; unde Naevius in carmine belli Punici (*ita M*, Punici primo *v*): inerant — Atl. X Prisc. 679 (ubi agitur de genetivo primae in 'as' exeunte) Naevius in carmine belli Punici — in eodem cf. frgm. IX XI Prisc. 704 inquies — inquietis declinatur, quod trium factum est generum, ut supra ostendimus. cuius etiam simplex in usu invenitur trium generum. Naevius in carmine belli Punici (*ita M;* c. (carminum *K*) b. P. I *B D K, item m. 1 H;* II *rell.; numerus ortus ex sequente* i) XII Paul. 271 rumitant, rumigerantur. Naevius: simul e. q. s. Fest. 270 [rumitant significat rumigera]ntur, ut Nae[vius . . . . . .] itant inter . . bello Punico adscr. docti XIII Paul. 323 sardare, intellegere. Naevius: quod e. q. s. Fest. 322 [sardare] intellegere [significat Nae]vius belli Pu[nici libro . . quo]d bruti nec satis . . . . . Varro VII, 108 multa apud poetas relicua esse verba, quorum origines possint dici, non dubito, ut apud Naevium in Hesiona — in bello Punico: 'nec satis sarrare', ab serare dictum, id est aperire XIV Donat. in Andr. I, 1, 28 plerique omnes *ἀρχαισμός* est — Naevius (Nevius *ed. princ.*, nec unus *Paris. 7920 saec. XI*) in bello Punico

65 exp. s. *M*, s. e. *v; quamquam potuit init. v. aliquid omitti a Pr.* exp̄sa *l. nonnulli l. utroque* 66 bicorpore *l. pler. 679, item pauculi 689* m. Atl. *corruptum* athlantes *679 A B D H L, item m. 1 G;* adquelantes *R; 689 libri plerique* athlantes; adlantes *R* 67 Runcus *Vahlenus; cdd.* rhuncus *vel sim.* Purpureus atque Runcus *Fleckeisenus* 68 ei *om. G L* evenit *L et m. 2 G* mente *A B D G L K* furtunas *G L* 70 alis *Bothius, cui sing. num. videtur esse nominativus*, alius *v* se *v ap. Paul.*, sese *Monac., Guelf.* 71 sarrare *Varro* 73 plerique *ed. princ.*, plerumque *Paris.* subigunt *ed. princ.* vanum *M*, unum *Par.*, suum *ed. princ.*

XV*

átque priús pariét locústa
Lucám bovém.

XVI

Gell. V, 12 Lucetium autem Iovem Cn. Naevius in libris belli Poenici adpellat.

XVII*

Prisc. 707 hic et haec Samnis, huius Samnitis — huius neutrum Naevius 'Samnite' protulit, ad cuius similitudinem debet etiam hoc 'dite' dici. — simillima habentur 762.

Falso adscripta.

I

námque neílum
peiús macít homónem quámde máre saévum.
virés cui súnt mágnae, tópper cónfríngent
inpórtunae úndae.

II

dictator ubi currum insidet, pervehitur usque ad oppidum.

III

cum tu arquitenens sagittis pollens dea.

(punito *Paris.*): plerique e. q. s. XV Varro VII, 39 apud Naevium: atque e. q. s. Luca bos elephas I Fest. 352 topper — cito; sic Cn. Naevii carmine — cito; sic in eodem. quae secuntur cum manifesto sint translata ex Od. VIII, 138 sq., recte a Scal. repositum illud: in odyssea II Varro V, 153 in circo primo unde mittuntur equi, nunc dicuntur carceres; Naevius oppidum appellat. carceres dicti, quod coercentur equi, ne inde exeant antequam magistratus signum misit. quod ad muri speciem pinnis turribusque carceres olim fuerunt, scripsit poeta: dictator e. q. s. haec in frustula versuum pessimorum redacta ad Claudium Gliciam dictatorem rettulit Hermannus, a quo parum intellecta verba Livii epit. XIX recte dixit O. Ribbeckius com. Lat. rell. ed. prior. praef. pg. X, addito ludorum causa saepius creatos dictatores et potuisse facile talis rei in comoedia fieri mentionem III Macrob. VI, 5, 8 (aen. III, 75) quam pius arquitenens. hoc epitheto usus est Naevius belli Punici libro secundo — idem alibi: cum e. q. recte haec olim tragoediis adscripta a doctis et a Ribbeckio in ed. priore ita reficta: cum tuis sagittis arquitenens pollens dea; deinde idem miro iudicio inventum suum improbavit, eiecto ex trag. lat. reliquiis

74 75 *numeros disposuit O. Mueller fortasse* átque príu' locústa páriet 1 neilum *Scal.*, nullum *cd.* 2 macit homonem *Vrsin.*, macerat humanum *cd.* 3 viret *id., corr. Augustin.* 6 curru *O. Ribbeckius* insidet *Fleckeisenus*, insidit *v*

IV

redeunt referunt petita rumore secundo.

Naevi et Metellorum altercatio.

I

Fató Metélli Rómae cónsulés fiunt.

II

malúm dabúnt Metélli Naévio poétae.

Epigramma Naevi.

Immórtalés mortáles sí forét fas flére,
flerént divaé Casménae Naéviúm poétam.
itaqué postquámst Órchi tráditús thesaúro,
oblíti Rómae lóquier súnt latína língua.

Satura.

Quae a Festo s. v. 'quianam' adferuntur verba ex satura Naevii, quamquam non satis constat quo metro sint conscripta, tamen, ne iam fallerent doctorum curas, h. l. reponi placuit.

quianam Saturnium populum pepulisti.

versiculo IV conf. Lucil. rel. pg. 311 sq. I N. et M. alt. Pseudoasc. in act. I in Verr. 10, 29 te (Metellum dicit) non fato, ut ceteros ex vestra familia — consulem factum. dictum facete et contumeliose in Metellos antiquum Naevii est: fato e. q. s. II Caes. Bass. 2680 sed ex omnibus istis, qui sunt asperrimi et ad demonstrandum minime accommodati, optimus est quem Metelli proposuerunt de Naevio, aliquotiens ab eo versu lacessiti: malum e. q. s. idem v. repetitus pg. 2681 ex hoc fonte petitum afferunt Ter. Maurus 2439 bis; Marius Victor. 2587; Mar. Plot. 2651; Atil. Fortunat. 2698; Pseudoasconius in act. I in Verrem 10, 29. Ep. N. Gell. I, 24, 2 epigramma Naevi plenum superbiae Campanae, quod testimonium iustum esse potuisset, nisi ab ipso dictum esset: immortales e. q. s. Satura. Fest. 257 quianam pro quare et cur positum est apud antiquos ut Naevium in carmine belli Punici — quianam genus isti? et in satyra [quianam genus isti. et in satyra]: quianam e. q. s.

1 Roma *edd. antiquiss.* consules fiunt *M*, fiunt consules *v; fortasse* f. M. fiunt c. Romai 2 dabunt malum *Terent., Atil., Pseudoascon.* 4 Casmenae *M*, Camenae *v* 5 *fortasse* postquámdest orchi *cd. Buslidianus* (*in quo et* thesauri); orcho *Par., Rottend.*, horcho *Vatic.;* orchino *collectanea Carrionis* 6 s. R. loq. lingua l. *cdd.;* R. loq. s. lat. lingua *Christius*

Incerti Auctoris Carmen Priami.

Veterés Casménae, cáscas rés voló profári
et Príamum.

Dubia.

I

elátis mánibus Príamus súpplicát Achíllem.

II

cum víctor Lémno clássem Dóricam áppulísset.

Testimonia.

I

Cic. Cat. m. 14, 49 si habet aliquod tamquam pabulum studii atque doctrinae — nihil est otiosa senectute iucundius. quam gaudebat bello suo Punico Naevius!

II

Cic. Brut. 19, 75 illius quem vatibus et Faunis adnumerat Ennius bellum Punicum quasi Myronis opus delectat. sit Ennius sane, ut est certe, perfectior; qui si illum, ut simulat, contemneret, non omnia bella persequens primum illud Punicum acerrimum bellum reliquisset. sed ipse dicit, cur id faciat: 'scripsere', inquit, 'alii rem vorsibus', et luculente quidem scripserunt, etiamsi minus quam tu polite; nec vero tibi aliter videri debet, qui a Naevio vel sumpsisti multa, si fateris, vel, si negas, surripuisti.

C. Pr. I Varro VII, 28 in carmine Priami quod est: veteres e. q. s. cascum significat vetus Dub. I Prisc. 1184 et nos 'supplico te' et 'tibi'. Terentius — Accius: elatis — Achillem (Accius — Ach. *add. R in marg. m. 2, om. rell. cdd. Hertzii*) ad carm. Priami rett. M II inter exempla metri Saturnii affert Mar. Victorin. 2587, sed solus; neque improbabile est a grammatico aliquo hoc fictum exemplum; Priami carmini adscr. Havetus pg. 255.

1 veteres *corruptum* Camenae *Scal.*, casmenas *Fl.* 2 primum *id., corr. Scal.* 3 su (*ras.*) plicabat *R, corr. Fleckeisenus* 4 victor *suspectum*

III

Varro VII, 39 apud Naevium — Luca bos elephas; quor ita sit dictum, duobus modis inveni scriptum. nam et in Cornelii commentario erat: 'ab Libycis Lucas' et in Vergilii: 'ab Lucanis Lucas'.

IV

Hor. ep. II, 1, 53 sq. de bello Punico:

Naevius in manibus non est et mentibus haeret
paene recens? adeo sanctumst vetus omne poema.

COMMENTARIVS
IN
ENNIVM ET NAEVIVM.

PROOEMIVM.

Vt in emendandis, ita in explicandis carminibus Ennii principem haud dubie obtinent locum Columna, Merula, Scaliger. qui nisi fuissent, ne ego multis saepe magnisque difficultatibus essem implicatus. — sua etiam Bergkio et Ribbeckio merita, quamquam utriusque commentis utendum cum cautione maxima.

nam Ribbeckius cum satis utilem adhibuerit operam tragicis Ennii carminibus, quae mus. Rhen. X, 265 sqq. de annalibus et satŭris protulit, paucissima si exemeris, talia sunt, qualia possis expectare ab eo, qui in initio splendidissimis laudibus prosequitur Vahleni studia Enniana. satis erit memorare eum deprehendere sibi visum apud Ennium *moenia concubia* et solutam arsin in versu: *hic insidiantes vigilant, partim requiescunt* nec non tali eum ditare versiculo *iamque refert tămen mortalibŭ' scitus agaso.* praeterea cognoscere siquis voluerit, quales non fecerit Ennius trochaicos septenarios, legat fabulam de cassita pgg. 290 sqq. a Ribbeckio, si dis placet, redactam in versus. — ceterum cum opusculum Ribbeckii casu nescio quo nunc demum animum nostrum advertisset, bis terve a me sunt adiecta, quae in vita Ennii vel in apparatu critico huius editionis debebant memorari.

praeterea cum prius non fuisset copia annalium philologicorum partis 83, a. 1861 editae, qua continentur Bergkii studia Enniana, quae inscripsit, sed tantum ea mihi fuissent praesto, quae apud alios hic illic ex eis invenissem excerpta, allata mihi dum ultimam commentario huic impono manum opuscula eius philologica, quae ad latinas litteras pertinerent, praebuere commode facultatem supplendi quae essent omissa.

et cetera quidem levia sunt parumque mentione digna. illud non praetereundum silentio, quod etiam a Bergkio (pg. 253) in v.

annalium 437 *Epulo rex* est agnitus. neque tamen laus inventi nostri, quo demonstratum est ab Ennio librum XVI propter res Histrico anni 178 bello a T. et C. Caeliis gestas adiectum, tali pacto imminuitur. nam a Bergkio non magis quam a quoquam mortalium ante curas nostras expeditum, quo fuerint nomine fratres illi, quae partes eorum in bello Histrico, quo denique modo diversissima Plinii et Livii testimonia debeant inter se concinnari. — id autem nisi ostenderis, detectus Epulo rex aut errore librariorum videbitur adscriptus l. XVI aut certe nullius usus ad explicandum locum Plinianum, in quo summa vertitur disputationis quaerenti de libro illo. nam Bergkius inficetissimam Merulae secutus coniecturam in Macrobii verbis ad XVI, 19 adscriptis pro illo *Caelii* reponi iussit *C. Aelii*. — atque ita est effectum, ut cum omnes assensu suo probarint rationes nostras, Bergkii commentum nemo sit amplexus quod sciam ac ne Teuffelius quidem, qui debebat, mentionem eius fecerit hist. litt. lat. ed. IV pg. 162.

ceterum ipse locus videtur admonere, ut pluribus agamus de Bergkii studiis Ennii aliorumque auctorum antiquissimorum latinorum; quae nunc ira vel favore ducti diversissimis plerique aestimant iudiciis.

igitur fuere in illo multae virtutes: doctrina magna et multiformis, lectio auctorum veterum plurima, qualis quo rarius hodie invenitur, eo magis est digna laude, ingenium mobile pariter et fecundum, acumen non vulgare, denique amor antiquitatis studiorum tantus, ut idem paene scribendi qui vivendi ei finis fuerit.

verum tot et tanta naturae bona haud paucis compensabantur vitiis, quibus est prohibitum ne ad summa posset accedere.

ac primum quidem, ut ipse index scriptorum Bergkii declarat, nimis multae ab eo attrectatae sunt disciplinae partes.

nec enim satis habuit emendandis explicandisque scriptoribus graecis pariter et latinis et grammaticae metricaeque ac litteris perscrutandis operam navare, sed libero ingressu modo inscriptiones, modo antiquitates, nunc artis veteris, alias rerum gestarum historiam est persecutus. — atque talis *πολυπραγμοσύνη* decebat saec. XV, XVI, XVII doctos, cum fundamenta essent iacienda doctrinae huius. nunc vero in inmensum adauctis antiquitatis disciplinis eum, qui summa attingere voluerit, in breve contrahere oportet studiorum gyrum.

praeterea memorandus mirus quidam et pravus Bergkii amor — quem et Lachmannus et Ritschelius suo iure in eo notarunt — obloquendi aliis et seorsum potius a ceteris quam simpliciter iudicandi; quod quidem vitium in annos est auctum.

porro in scriptoribus versandis id offecit ei multum, quod a prima inde iuventa, cum detectus in Solonis carminibus *Λιγυαστάδης* cito ei famam conciliasset, nimium quantum est delectatus fragmentis attrectandis. quodsi o m n e s vel Ennii vel tragicorum comicorumve latinorum reliquias iusta editione comprendere induxisset aliquando in animum, qua fuit doctrinae ubertate et venae, potuit haud dubie, quoad in tanta rerum difficultate liceret, veram vel similem veri eorum animo suo informare imaginem ac plurimum eis praestare. at satis habuit adversaria componere de eis. quae res quantum habeat periculi, in vita Ritschelii est expositum.

atque ita est effectum, ut multi inique iudicarent de Bergkio eumque pro Praedicovio quodam haberent, qui quidquid in buccam venisset confidenter promeret.

cumque ipse iure ac merito plurimos et gravissimos Ribbeckii, Buecheleri, Vahleni errores in tractandis auctoribus antiquissimis perstrinxisset, tamen quaedam eis temere credidit, neque raro ipse lapsus est ignorantia ac levitate coniectandi argutandique, atque adeo prolata sunt ab eo commenta plane portentosa, ut illis, quos supra dixi, cum longe essent eo inferiores, ansam daret speciose obloquendi.

quae cum ita sint, ego sic optime prospici Bergkii memoriae ratus sum, ut ex adversariis Ennianis ea quae laude essent digna — neque ea fuere pauca aut levia — grato animo decerperem, errores longe plures silentio fere tegerem neque vicem redderem iudiciis acerbis et iniquis, quibus et nos saepe exagitavit.

denique in fine prooemii mihi monendum me in hac parte operis aliquando usum priorum commentis non addito auctoris nomine. — atque eodem brevitatis studio est effectum, ut raro diversae a nostris aliorum opiniones tangerentur. — praeterea hoc mihi excusandum, quod in annalibus interdum ubi Columna sensum verborum, at non perinde librum, ad quem referri deberent, indicasset (id quod maxime evenit in Pyrrhi bello) non hunc, sed Merulam dixi recti ordinis inventorem.

numeris latinis singula fragmenta, vulgaribus versus singuli declarantur.

I. Annales.

Lib. I.

Saepe in libris scriptis *Enius* invenitur vel *Hennius;* qualia notare fere supersedimus. — pro eo quod est *annales* haud raro legitur *anales.* — praeterea cum plerumque hoc vocabulum efferatur per compendium, dubium fit saepe, utrum eodem casu quo adiectivum numeri ordinalis an partitionis genetivo adhibeatur a scriptoribus.

De argumento libri I dictum v. E. 137—160.

II—IV. invocatio Musarum; cf. l. m. 137—9.

1. *Musae, quae pedibus magnum pulsatis Olympum;* allitterationis vim non infringi interposito vocabulo huius figurae experti multis demonstratur exemplis. ita habes et l. VI: *fremitu silvai frondosai.* — *Olympum:* notum est Ennii tempore neque y vel z adfuisse litteraturae Latinae neque adspiratum consonis, ab ipso autem primum institutum morem geminandi consonas. itaque qui Horatii tempore *Olympus, Achilles, Zethus,* tunc dicebatur *Olumpus, Acilles, Setus.* — De scriptura autem et flexione Graeorum apud Ennium dictum vitae eius 217; 195 sqq.

2. 3. praeter Lucretii versus v. E. 138 allatos etiam comparanda quae leguntur in Epicharmo: *per gentes Asiae cluebat omnium miserrimus.* — *cluebunt;* cf. v. E. 206.

V—XVIII. somnium Ennii. cf. ib. 139—44. — ut commodo consuleretur lectorum, priore loco testimonia veterum de somnio illo sunt proposita, deinde ipsi versus poetae quotquot extant.

6. *o pietas animi;* ita apud comicos legitur *scelus viri, monstrum hominis;* atque etiam apud Donatum scribendum videtur *scelus hominis.*

8. *nec dispendi;* de *nec, neque* in hexametris ab Ennio adhibitis dictum v. eius 203.

XIX—XXIX. antiquissima Latii tempora. cf. ib. 144—50.

10. *est locus Hesperiam quam mortales perhibebant;* cf. Lucr. IV, 132 *in hoc caelo qui dicitur aer* et quae notavit Lachmannus ad III, 94. — *mortales;* quia Graeca lingua omnibus trita; cf. v. E. 35 not.

12. *quam prisci casci populi tenuere Latini;* Verg. aen. V, 596 sqq. *hunc morem cursus atque haec certamina primus Ascanius, Longam muris cum cingeret Albam, rettulit et priscos docuit celebrare Latinos.*

19. *Venus — pulchra dearum;* cf. v. E. pg. 208.

21. *nox intempesta;* cf. 171.

23. *inde loci;* v. E. 193. — de illis, quae sunt *dius, divus* dictum ib. 206.

26. 27. horum versuum alterutrum ad Aeneam cum suis Troia ardente profugientem pertinere posse apparet; v. Naev. 7. — alii ad raptum referunt Sabinarum; cf. v. E. 157.

XXX—L. Romuli et Remi initia. ib. 150—53.

28. v. v. 158.

30. cf. v. E. 150.

34. *postillo;* id. fab. 11; cf. Ritsch. opusc. II, 271.

36. cf. v. E. 226; 251.

39. *fortuna resistet,* pro restituetur; haud dissimili modo dixit Cicero pro Murena 39, 84 *nihil est iam, unde nos reficiamus aut ubi lapsi resistamus.* — nec aliena sunt ab h. l. Vergilii aen. VI, 857 sq. *hic rem Romanam magno turbante tumultu sistet,* excepto quod *sistere* ibi active positum est.

50. *vosque — qui — curant;* cf. v. E. 209. — *funditu' curant;* ib. 207.

55. *consistere* hic idem quod *diluvium sistere;* similiter id verbum adhibitum fab. 143, aliter sat. 12.

57. *dulciferae;* cf. v. E. 204.

59. *indotuetur;* puto *indutuetur;* cf. v. E. 201.

62. *sola terrarum;* Catullus in Atti: *etiam recente terrae sola sanguine maculans.* — *permensa* utrum activam habeat vim an passivam non liquet.

66. *olli;* cf. v. E. 198.

LI—LXV. origo Romae et Carthaginis. cf. v. E. 153—155.

hactenus tamen ordo editionis huius immutatus, quod deorum consilium, quo de Romanorum et Carthaginiensium rebus agebatur,

ante disceptationem a Romulo et Remo institutam de nomine urbis et imperio ab Ennio memoratum mihi iam est persuasum, quoniam hic, ut Livius, certamini illi statim subiunxisse videtur Remi mortem. conditis igitur Romae et Carthagini continuata est deliberatio deorum illa celeberrima, quam l. I initio *παροδεῖ* Lucilius. — videnda tamen quae ad vv. 73—93 sunt adnotata.

69. *unus erit;* ex his verbis apparet etiam Remi mentionem factam a Iove; cf. et Ov. fast. II, 485—8.

71. homericum: *ὦ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη, ὕπατε κρειόντων*!

73—93. de his versibus perbene meritus est Bergkius pgg. 235 sqq. traiecto in locum suum versu illo: *interea sol albu' recessit in infera noctis;* qui simul ostendit de media nocte sumpta auguria a Romulo et Remo neque eos pridie et per priorem partem noctis ad captanda ea desedisse, omnium autum inficetissimum Merulae et Vahleni commentum, per *solem album* significari putantium *lunam.* — hactenus solum mihi non convenit cum Bergkio, quod ille quae describuntur condendae urbis fuisse existimat auguria, ego post conditam nominis imponendi et imperii obtinendi. atque ita plane res narrata videtur a Livio I, 6 sq. — itaque *augustum augurium,* quo conditam esse dicit Romam Ennius l. XV, alterum fuisse oportet, cuius mentiò interciderit. haec ratio quibus non placuerit, debent statuere consilium deorum ante conditas Romam et Carthaginem habitum, non post.

73. *curantes magna cum cura;* antiqua orationis abundantia; cf. Plaut. Menaechen. V, 4, 7 *magna cum cura ego illum curari volo;* ib. 9 *ita illum cum magna cura curabo tibi.*

73. 74. *tum cupientes regni; concupientes* docti; at barbarum *concupiendi* verbum dicit Madvigius advers. crit. II, 641; quamquam addit ferri fortasse aliquo modo posse illud *concupientes* pro adiectivo positum.

75. 94. *sol albu'; albu' iubar;* saepe *albus* dicitur de *sole;* ut in mimiambis Mattii *iam iam albicascit Phoebus.* est etiam ubi *ad lunam* referatur, velut in versu illo (Mart. Capell. V, 514) *sol et luna luce lucent alba leni lactea.*

76. *hinc in monte Remus;* parum probabile videtur Ennium tradidisse a Remo auguria captata in Remoriae tumulo, cum potior sit fama Remoriam in summo Aventino fuisse positam (Paul. 277), non, ut Dionysius tradidit (I, 85; 86), diversam ab Aventino, cumque Remorae urbis nomen, quod v. 80 memoratur, perinde potuerit deduci a Remo atque a Romulo Roma. sed propius fidem existimo ab Ennio propter causam nescio quam ut in Aventinum montem Romuli, ita in Palatinum Remi translata auspicia, atque huc pertinere, quod Romulum captato augurio ex Aventino monte in Palatinum iecisse hastam, quae fixa fronduerit et arborem fecerit, memorant quidam, ut Serv. in aen. III, 46. — cet. vix potest dubitari quin et hic ut alibi simillima Ennianis de Romulo et Remo tradiderit Naevius; quem certe et ipsum fecisse Romulum in Aventino operam dantem augurio l. I frgm. 26 haud obscure demonstrat.

78. 81. 85. *solus avem servat, at Romulu' pulcher in alto; omnibu' cura viris, uter esset induperator; sic exspectabat populus atque ora tenebat;* de productis apud Ennium finalibus dictum v. E. 239, 40.

81. de omisso *est* cf. v. E. 211. — *induperator;* ib. 201.

82. 83. sunt qui interpungant post *exspectant,* non post *veluti.* qua ratione admissa cum servari possit illud *spectant,* mirifica tamen orationis oritur inelegantia. — *exspectant — avidi;* ita fab. 15 *avide exspectantes;* vix tamen apud prosae auctores idoneos ita dictum umquam existimem.

87. illud *icta,* quod antiquitus traditum, quomodo posset explicari, a nullo commentatorum Ennii est demonstratum.

90. *quattor;* cf. v. E. 199.

91. *avium; ib.* 226.

92. 3. haec ita construenda: *conspicit inde Romulus sibi propritim data esse regni scamna solumque, auspicio stabilita;* cet. cf. v. E. 154. — *conspicere* pro *intellegendo* etiam Plautus, ut trin. III, 2, 10; Pseud. III, 1, 3.

93. *stabilitā scamna;* v. E. 236.

LXIII. LXIV. Remi verba.

100. *pol;* cf. v. E. 207. — *animatus;* hic *anima praeditus;* non, ut trag. 375, *animosus.*

LXVI—LXXVI. raptus Sabinarum. cf. v. E. 155—8.

LXVI. non pigebit, ut spero, homines Ennii pariter et Vergilii peritos, quod et haec ex aeneide adscripsi et alia quaedam ut plane Enniana. — memoria autem dignissimum, quod est apud Macrobium VI, 2, 30 *sunt alii loci plurimorum versuum quos Maro*

in opus suum cum paucorum immutatione verborum a veteribus transtulit. — quamquam illud *cum paucorum immutatione verborum* non sine hyperbola dictum vel hinc apparet, quod statim adiungit totum locum in principio aeneidos de tempestate Troianis immissa et Veneris cum Iove colloquio sumptum ex Naevii belli punici libro primo.

102. *virgnes iam sibi quisque domi Romanus habet sas. virgnes;* dictum de syncope v. E. 224 sq.; d. r. m. 366; 400. — apud Ennium sat. 55 legitur *apriclum;* apud Naevium 30 *Proserpna;* notum et *hercle* pro *hercule.* — addi potest quod in SC. de Bacchanalibus invenitur *oinvorsei* atque adeo *senatorbus;* in titulo Mummiano hexametris constante reponendum *faclia faxeis.* v. et Ritschel. op. IV, 107. — *sas;* cf. v. E. 198. pessime Festus, non Verrius, *sas* h. l. putat dictum pro *suas.* ita Ennius *sum, sam, sos* pro *eum, eam, eos.* at ut idem *sis* pro *suis* diceret, hac causa effectum, quod licebat ei, si vellet, etiam in dactylica poesi pro *eis* una syllaba efferre *is.*

103. notum est saepe a poetis antiquis aprorum iracundiam pronumque ad decertandum animum memorari.

108. cf. v. E. 268.

LXXVII—LXXXI. Romuli eiusque coniugis excessus; cf. v. E. 158—60.

105. *foedusque feri bene firmum;* Homerica elocutio, ut Il. III, 73 ὅρκια πιστὰ ταμόντες. — *bene; probe, valde.*

106. *reque, fide;* cf. v. E. 195. — *Quiritis,* pro *Quirites;* cf. Lachm. ad Lucr. I, 805.

108. *o Tite* e. q. s.; cf. v. E. 268; ita v. 558, si recte is putabitur Ennii: *machina multa minax molitur maxima muris.*

109. cf. v. E. 267.

112. *Nĕrĭēnem;* cf. v. E. 226. — *Nerio* vel *Neriēnes* hic inter comites Martis memoratur cum Here; alias uxor eius dicitur; cf. Gell. XIII, 23, 11 sqq. — his autem accessit iam socia Hersilia et ipsa in caelum recepta.

Lib. II.

Regnum Numae, Tulli, Anci. cf. v. E. 160—162.

I—IX. res Numae.

119. 120. potuerunt haec esse verba patrum post Romuli mortem altercantium cum plebe, quod novum regem nollent legere.

119. *simul* adverbium. — *ita* ad *effugit* referendum. — *effugit — funditus;* cf. v. E. 207. — *speres;* cf. 448.

121. etiam hunc v. ad lites illas senatus et plebis rettulerim.

125. *olli respondit suavis sonus Egeriai;* 402 sq. *quem credidit esse meum cor suasorem summum et studiosum robore belli.* nota sunt Homerica ἱερὴ ἰὼς Τηλεμάχοιο, βίη Ἡρακληείη, Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ.

126. *siquid me inciderit;* apparet certissime ex loco Festi, agi de accusativo *me* posito pro dativo, non de ablativo. similiter dixit Lucilius *quae res me inpendet,* Lucretius *mare quae inpendent.* quamquam exemplis vix opus. quod vulgo scribitur *siquid me fuerit,* vel ideo improbandum est, quod *fui* in annalibus semper habet *u* longum, excepto versu 274, de quo infra dicetur. — *ut teneatis; leges dandas;* nam verba sunt Numae ad Romanos.

128. *Argeos;* Paul. 15 *Argeos vocabant scirpeas effigies, quae per virgines Vestales annis singulis iaciebantur in Tiberim;* cf. et quae ibi notat O. Muellerus.

X—XXI. res Tullii.

X—XVII. Horatiorum et Curiatiorum pugna. Liv. I, 22—26.

129. *Metoi Fufetoi;* cf. v. E. 193; 196. falsissimos esse et portentoso usos invento, qui existiment ab Ennio venisse ea quae sunt *Metioeo Fufetioeo,* homerica clausula genetivi, cum ille vel graeca nomina vix umquam declinet graece, neque ullo pacto opinionem istam cum Quintiliani verbis posse concinnari, qui transmutationis litterarum affert exemplum, iam memoravi alibi. — hactenus tamen recte Ritschelius, quod dixit in verbis Ennii debere bis inesse idem vitium — nam id significat *geminationis* vocabulum —, non duo eademque inter se diversa, ut putaverat Vahlenus. — apparet autem existimare Quintilianum audisse apud Ennium Albanorum ducem *Metium Fufetium* et illud *Metoi Fufetoi* dictum pro *Metio Fufetio,* cum vocatus esset ab eo *Metus Fufetus.* — et *Mettus* invenitur ap. Verg. aen. VIII, 642; Gell. XX, 1, 54.

130—32. Albani Romanique ducis de bello Horatiorum Curiatiorumque fratrum certaminibus decernendo colloquium.

XIII. *Curios* pro *Curiatiis* solus dicit Propertius, incertum an exemplo Ennii. — *Horatios* tamen hic et ipse videtur dixisse

Romanos, non, ut quidam, *Curiatios;* cf. Liv. I, 24. — *Horatia pila;* v. Liv. I, 26 *inter haec senex iuvenem amplexus, spolia Curiatiorum fixa eo loco qui nunc pila Horatia appellatur ostentans.*

133. verba videntur esse Curiatiorum Horatium, qui unus restabat ex tribus, alloquentium.

134. videtur equestrem pugnam Curiatiorum et Horatiorum proposuisse poeta. itaque in comparationem possunt vocari illa (fab. 42 sq.): *nunc maximo saltu superabit gravidus armatis equus Troianos muros.* — quamquam non displicet illud *astu,* quod Dacerius commentus est pro *saltu.* neque hoc tacendum haud inscite a Vahleno versum quarto libro additum et ad Horatium Coclitem relatum. — *datust;* ita 238 *paratust;* 351 *dictust;* etiam ap. Lucilium inc. 130 *auxiliatust.*

135. verba Horatii ad sororem purgantis quod pugnam inisset cum eius sponso.

136. de eodem Horatio aegre ferente exprobrationes sororis haec dicta. — *magis* omissum ante *quam,* ut interdum apud Plautum et Sallustium; qui usus ab Augusti inde tempore magis est frequentatus; cf. Kueneri gramm. lat. II, 225 pg. 972.

XVIII—XXI. Metti poena. Albanum excidium. Liv. I, 27—30.

138. illud *volturis* praefert Bergkius pg. 150. ego tamen cur *vulturus,* quod graviore multo stat testium auctoritate, dici non possit, parum intellego. certe ita Accius *augura* dixit pro *auguriis.*

141. *ut* pro *ubi;* Lucil. VIII, 18 *verum flumen uti adque ipso divortio aquae sunt,* ubi tamen de coniectura suppleta illa *aquae sunt.* — cf. et Catull. 11, 3; 17, 10; comm. in fab. 407.

142. 3. *navibu' celsis — nautisque m. q. v.;* ablativus. — *n. celsis;* cf. aen. II, 375. — *munda = instructa;* ita alibi *aptus.* — *quaesentibu';* cf. v. E. 201. — *quaesere vitam;* ita graece dicitur *βίος* pro *victu* et gallice *gagner sa vie.*

144. hic v. quo pertineat plane incertum. recte si Ilbergius addidit l. IV, poterit referri ad matrem Coriolani, quae promittat se precibus apud filium effecturam, quae Romani armis nequeant.

146. *ponti caerula prata;* Cic. arat. 129 *rostro Neptunia prata secantes.*

Lib. III.

Regnum Tarquiniorum et Servii. cf. v. E. 162 sq.

149. 50. ad augurium, quod Romam cum coniuge tendenti Tarquinio ad Ianiculum obtigisse auctor est Livius I, 34, refert Merula.

149. *aquilā;* cf. v. E. 240.

150. *vento quem perhibent Graium genus aera lingua;* ib. 205. — *perhibent* pro *perhibet;* ib. 209. — *aera,* ib. 196.

151. *sis;* cf. v. E. 198. — *lumina — reliquit;* iam Naevius in Lycurgo: *ubi bipedes volucres lino linquant lumina.* — est autem homericum. Il. XVIII, 11 *λείψειν φάος ἠελίοιο.*

152. *dedit;* populus Romanus.

153. ad bella a Tarquinio gesta possunt haec referri; cf. Liv. I, 35—38.

154a. haec de mortuo Tarquinio dicta nec uxorem intellegendam, sed potius servam mulierem vel conducticiam non minus Vergilii imitatione fit probabile quam exemplo Homeri. sic enim de Hectore ille (Il. XXIV, 582; 587):

δμωὰς δ' ἐκκαλέσας λοῦσαι κέλετ' ἀμφί τ' ἀλεῖψαι;
τὸν δ' ἐπεὶ οὖν δμωαὶ λοῦσαν καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ.

Tarquinium autem dolo Anci filiorum interfectum narrat Livius I, 40.

154b. ad flammam olim divinitus circumfusam dormientis Servii capiti refert Merula; cf. Liv. I, 39; aen. II, 679—698. ad augurium Tarquinio Prisco oblatum, quod vv. 149, 50 memoratur, pertinere putat Columna. — illud *inclitus* cum Ilbergio, qui confert Plauti Persae v. 251 *Iovi opulento inclito,* de Iove dictum existimo.

157. *hac noctu filo pendebit Etruria tota.* ad bella a Servio cum Etruscis gesta refert versum Columna; quamquam eodem iure ad res Tarquinii Prisci potest revocari. sunt autem haec, ut recte putat Vahlenus, verba ducis Etrusci, cohortantis suos. — *hac noctu;* cf. v. 256 sq. — *filo pendebit;* Ovid. ep. ex P. IV, 3, 35: *omnia sunt hominum tenui pendentia filo.*

158. haec verba possunt spectare ad servitia Collatini post discessum S. Tarquinii a Lucretia excitata; cf. v. 28. — *tum* apud Ennium ut apud Vergilium aliosque poetas saepe pro '*atque*'; velut

v. 586; aen. VI, 558. — *lucent* active positum ut recte monet C; cf. Plaut. Casin. I, 30; Curcul. I, 1, 9.

158. 159. III, 9 *prodīnunt, redīnunt, ferīnunt.* — alibi apud Festum (189; 80) inveniuntur illa *obīnunt, explēnunt;* quae et ipsa, sicut *ferinunt,* Ennio adscribit Bergkius pg. 232.

161. *caelum suspexit stellis fulgentibus aptum.* ad Lucretiam pertinere sidera testantem de Sexti Tarquinii facinore existimat Merula.

162 sq. interroganti mihi Henricus Nissenus respondit officiosissime *ansatas hastas* videri dici, quas Cicero (Brut. 78, 271; de or. I, 242) appellaret *amentatas,* ideoque interpungendum post illud *ansatis;* id quod et Vergilii versu, quem Macrobius affert, comprobatur. — cf. et 173.

Lib. IV.

Res Romanae post eiectos reges usque ad incendium Gallicum, ut videtur, deductae. cf. v. E. 163.

165. potuere haec locum habere in descriptione Anxuris a. a. Chr. 403 expugnati, de quo proximo agitur versiculo; cf. Liv. IV, 59. — *summa nituntur opum vi;* idem hemistichium redit v. 435; cf. et 67; 161.

168. *hos pestis necuit, pars occidit illa duellis;* haec potuere dici de Gallis Capitolium obsidentibus; cf. Liv. V, 48. quamquam etiam alibi locus eis erat, veluti in Marcelli obsidione Syracusarum, quando simili pestilentia Poeni sunt afflicti; Liv. XXV, 26.

Lib. V.

Res Romanae usque ad Pyrrhi bellum continuatae.

169. refert Merula ad civitatem sine suffragio a. a. Chr. 334 Campanis datam; cf. Liv. VIII, 14. sed res non omnino certa, cum Livius XXIII, 31 referat trecentis equitibus Campanis a. 215 civitatem datam; cf. et Vellei. I, 14. fictum versum a grammatico ideo minus probabile est, quod falsus Censorinus in capite de legitimis numeris non videtur exempla afferre ipsius vel metricorum, quos sequitur, ingenio formata, nisi raro admodum et ubi insolentia prorsus versuum essent genera describenda.

170. v. Ekkeharti cura servatum etiam alibi veluti eo loco quo primum de immani illa Vestalium poena rettulisset Ennius potuisse poni facile apparet. — ceterum tribus annis post Manlium Deciumque consules Minuciam damnatam refert Livius VIII, 15.

171. haec quo pertineant plane incertum est. etenim quae affert ex Liv. VII, 33; X, 12 Vahlenus, aliena esse apparet.

172. *inicit inritatu'; tenet occasu', iuvat res. inicit* si non corruptum est, vides omissum a Festo pronomen reflexivum vel aliud quod addi e re esset. — *tenet, devincit* vel *allicit.* — *res, rerum status.*

173. *ansatas mittunt de turribus; hastas* addi vult Columna in fine versus (at facilius ante *ansatas* vel post omitti illud potuit), vix recte, cum toto capite XVIII singulorum verborum lemmata explicentur a Nonio.

174. *cogebant* e. q. s.; intellegitur haec de hostibus potius Romanorum, ut visum Merulae, sive hi Samnites fuere sive Etrusci vel alii populi, quam de Romanis dicta.

175. Lirim describi probabiliter existimat Merula.

Lib. VI.

Pyrrhi bellum; cf. v. E. 163 sqq.

huic libro non magis quam relicuis praeter I, VII, XVI, XVII adfuisse prooemium neque, quod cum Vahleno Bergkius (pg. 309) putavit, subnexum huic deorum consilium, editionem hanc adhibenti facile apparebit.

176. imitatus est Lucretius l. V initio:

> quis potis est dignum pollenti pectore carmen
> condere pro rerum maiestate hisque repertis?

potis vel *pote,* omisso verbo substantivo, ut saepe; cf. ann. 452; fab. 446 sq.

177. 178. possunt haec referri ad incursiones post foedera rupta et violatos oratores a Romanis in agrum Tarentinum factas.

179. *Graios* semper Ennius in annalibus, excepto quod non est improbabile v. 380 aequales *Graecos* hoc nomine appellari.

180. *numinis — a stirpe supremo* (pro *supremi*); quod Aeacus Iovis filius.

181. *aio te Aeacida Romanos vincere posse;* cf. Herodot. I, 90; 91; commentarii in Scipionem initium.

183—185. cf. Oros. IV, 1 (pg. 206 ed. Zangemeisteri) *bellum ingens exortum est (Tarentinum). Romanos — ultima adegit necessitas proletarios quoque in arma cogere.*

186. *tetros elephantos;* Lucret. V, 1302 *inde boves Lucas turrito corpore, tetras.*

188—192. haec ad cremata a Pyrrho post pugnam Heracleensem ipsius pariter atque Romanorum militum corpora pertinere intellexit Vahlenus.

195—200. verba Pyrrhi ad Fabricium.

197. *cauponantes bellum;* cf. v. E. 208; ita et fab. 199 *quos quis cruciatus perbiteret.*

202. *eorundem* trisyllabum; cf. v. E. 226.

203. *dono ducite doque volentibu' cum magnis dis.* imitatus est Vergilius aen. III, 12 *cum sociis natoque, penatibus et magnis dis;* VIII, 679 *cum patribus populoque, penatibus et magnis dis.*

204. 5. *quo* iungendum cum *viai.*

207. *sapientiloquentes;* cf. v. E. 204.

210. *parumper,* pro *cito,* ut v. 60.

213. refert Vahlenus ad ea, quae praecesserunt pugnam Beneventanam, cum teste Plutarcho (vit. Pyrrhi c. 25) Pyrrhus, qui nocte deprehendere vellet Romanos, derrantibus a via militibus ipse luce est deprensus pugnaeque iniquae implicitus.

215. *Brundisium* e. q. s.; ad captum a. 267 Brundusium refert Merula, Vahlenus ad coloniam sub finem belli Punici primi eo deductam.

216 sq. cf. odyss. V, 298 *ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν.*

219. 20. pessimum est, quod dicit Bergkius pg. 309 haec hemistichia ex 216 conficta. — nam neque Varronem cur in verbis paucissimis tam graviter errasse dicas adest causa, cumque eis quae sunt *patrem divumque hominumque* aperte reddantur Homerica *πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε,* haec nullo pacto inferri posse apparet versui 216, nisi neglegentia omnem superante fidem in citando usus est Macrobius. — neque rectius idem 264 quae a Cic. de or. III, 47, 182 sunt allata ad permissum in prosa dactylicum numerum demonstrandum: *altae sunt geminae quibus* adscribit Ennio, in quibus reponit *antae* et refert verba ad Homericam duarum apud inferos portarum descriptionem (od. XIX, 562 sq.). nam cum hic legitimi numeri opus esset exemplo, ex oratione aliqua haud dubie perinde haec, quae quidem corruptelam videntur traxisse, petita atque illa Fannii, quae mox secuntur: *si, Quirites, minas illius.*

Lib. VII.

Bellum Punicum primum. tumultus Gallici et Illyrici. cf. v. E. 165—169.

I—IV. prooemium. cf. v. E. 165 sq.; 129—131. quod Cicero dicit multa Ennium sumpsisse a Naevio, cf. v. E. 86 sq.

224. *sophiam, sapientia quae perhibetur;* v. E. 205. — Afranius: *Vsus me genuit, mater peperit Memoria, Sophiam vocant me Grai, vos Sapientiam.*

227. *versibu' quos olim Faunei vatesque canebant;* unde et *faunii* dicti sunt; Mar. Victor. 2586. — *vates;* cf. v. E. 27; 29.

228. *scopulos superarat;* ita si scripsit Ennius, dictum id pro *enisus erat in scopulos;* cf. aen. II, 302 sq. *summi fastigia tecti ascensu supero.*

231. *reserare, viam ad Parnasum.*

III. Diomed. 493 *versus herous — latine longus dicitur;* Gell. XVIII, 15 *in longis versibus, qui hexametri vocantur.*

232. *carinare* non, ut inepte quidam, a *carīnis* dictum, sed ab eo quod est *carĕre,* correpta quidem *a;* namque *i* sequente cum liquida aliquando corripitur vocalis praecedens; cf. d. r. m. 359.

V—VII. descriptio morum gentis Punicae.

233. hoc loco cum Merula collocandum duxi versum. at nescio an melius fuerit secutum Nonii librorum indicia reponere truncatum talem:

divis suos sacrificare puellos.

male Vahlenus significari putat legationem auctore Silio IV, 765 sqq. ad Hannibalem missam filii eius deposcendi gratia, qua victima uterentur domi ad pacem deorum exorandam. neque enim poetam dum summam rerum persequitur digressionibus minutis solitum infringere vim carminis monui v. E. 145.

235. cf. v. E. 166.

VIII—XX. bellum Punicum primum. v. E. 166 sqq.

236. notum est Romanis sub initium belli minitatos legatos Carthaginiensium, si ad arma descenderetur, effecturos sese, nequis Romanorum mari manus posset lavare. nihilo tamen secius hi ad bellum sunt accensi.

238. *alter nare cupit, alter pugnare paratust.* haec verba male intellecta a doctis propter Festi incuriam pertinent haud dubie ad diversam Carthaginiensium Romanorumque condicionem, ex quibus hi terra, illi mari pollebant.

239. *mulserat huc navim convulsam fluctibu' pontus;* dicta haec de triremi Carthaginiensi in litus eiecta, cuius ad exemplum Romani classem primam aedificaverunt. — *convulsam fluctibus;* aen. I, 383 *vix septem convulsae undis euroque supersunt.*

240. *haec melior navis quam quae stlataria portat;* verba Romanorum faustis ominibus navem, de qua modo dictum, prosequentium. — *q. stl. p.;* mercatorias dici naves apparet.

241—245. exercitia Romanorum maritima describuntur.

241. *tosamque* pro *tusante;* simili modo peccatum apud eundem Nonium in Lucilii v. 61 l. XXX.

244. cf. quae infra dicta sunt de numeris v. 413.

246. 47. potuere haec dici a Xanthippo, fractos Carthaginiensium animos ad virtutem revocante, vel ab homine Romano post naufragia gravissima, quibus annis 254 et insequente vexatae sunt classes Romanorum.

249. 50. ad Xanthippi pugnam refert Columna, valde quidem probabiliter; cf. Polyb. I, 34, 7 *οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν Ῥωμαίων συνεπατήθησαν ὑπὸ τῆς ὑπερφυοῦς βίας τῶν ζώων, οἱ δὲ λοιποὶ συνηκοντίσθησαν ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἱππέων ἐν αὐτῷ τῷ τῆς παρατάξεως τόπῳ.* Metelli victoriae adscribit Merula.

251. Poeni stipendia pendere coacti sunt et post primi belli Punici finem et post secundi, nec non post occupatam contra ius gentium a Romanis Sardiniam.

252. 53. haec pertinent ad bella paullo post Iani templum a. 235 clausum denuo exorta. — *taetra;* hoc adiectivum potissimum apud vetustissimos invenitur poetas et siqui ex posterioribus antiquam affectant gravitatem. commode igitur Horatius usus est versu Ennii in exemplum elocutionis epicae, cuius etiam vim referunt illa *postes portasque.* cet. cf. aen. I, 293 sq. *dirae ferro et compagibus artis claudentur Belli portae.*

254. etiam haec post novum quoddam bellum exortum dicta apparet. — *pinguis* cur dicatur *sagus* notum; non autem huc pertinet quod Ribbeckius m. Rh. X, 277 affert Martial. VI, 11, 7, 8.

XXIV—XXVII. tumultus Gallici et Illyrici; cf. v. E. 168 sq.

256 sq. hi v. quam inepte a Vahleno adscripti sint l. IV demonstratum est l. m. — mirum etiam quod Momsenus eos in obsidinione Mutinae vel Tanneti a. 218 a. Chr. facta positos esse putat quaest. Rom. II, 298. nihil enim demonstrant quae affert ille Polyb. III, 40; Liv. XXI, 25 sq.

258. *ast hic, quem nunc tu tam torviter increpuisti;* haec si recte a nobis adscripta sunt l. VII, potuere habere locum in altercatione minoris e Coruncaniis et Teutae Illyriorum reginae; sin primo sunt reddenda, licet ea Romulo tribui, quem putat Vahlenus edoctum a Faustulo de origine sua videri verbis illis compellare Amulium, quod inclementius arripuisset Remum captum. quamquam in v. E. monitum est, omnino non constare, quo pacto adductos ad Amulium et ab eo agnitos fratres narrarit Ennius.

259. *fodentes;* cf. v. E. 199.

262. 263. haec utrum ad Sp. Cassii vel alius ex Romanis, qui tyrannidem affectasse dicebantur, eversam domum an ad urbem aliquam hostium deletam pertineant, plane incertum.

264. *deducunt habiles gladios filo gracilento;* Liv. XXII, 46 *Hispano punctim magis quam caesim assueto petere hostem brevitate habiles et cum mucronibus (gladii).* hos a Romanis, ut Polybius refert, belli Punici secundi tempore, ut Livius et Quadrigarius, iam multo ante, assumptos notum.

267. *capitibu';* cf. v. E. 224; comm. in ann. 102; in sat. 52. 53.

269. *populeā frus;* v. E. 237.

271. haec quo spectent parum constat. Bergkius de Nare fluvio etsi putat dicta, tamen *naris* existimat scribendum affertque ad locum explicandum quod Servius in aen. VII, 563 prodit prope Ampsancti fontem item sulphureum victimas non immolari, sed odore perire ad aquam applicatas.

Lib. VIII—X.

Bellum Punicum secundum. cf. v. E. 169—173.

Lib. VIII.

Initia belli usque ad pugnam Cannensem et consilium deorum quod insecutum est. cf. v. E. 173—175.

273. haec potuere de Hamilcare dici, qui post Africam in dicionem Carthaginiensium redactam in Hispaniam transiit. quamquam etiam alibi locus eis erat paratus, veluti ubi referebatur Gades traditas Scipioni.

274. 75. *at non sic dirus fuit hostis Aeacidas Pyrrhus.* cf. Cic. Lael. 8, 28 *cum duobus ducibus de imperio in Italia est decertatum, Pyrrho et Hannibale: ab altero propter probitatem eius non nimis alienos animos habemus, alterum propter crudelitatem semper haec civitas oderit.* — illud *fui* vv. 193; 297; 431 annalium (nam in fabulis est monosyllabum) cum habeat *u* productum, oritur suspicio versum a scholiasta Sangallensi graviore deformatum interpolatione. atque is profecto sic dimensus est illud *Eacida*, ut primam brevem esse existimaret, alteram longam, ut legitur in versu suppositicio ap. Homerum Latinum (601) *talis Priamides similisque Eacides armis.* — *Aeacidas;* ita l. VI vocandi casu *Aeacidā.* similiter ap. Lucilium Lucretiumque *Scipiadas.*

280. *manum consertum;* cf. Varr. VI, 64 quaeque ibi notant commentatores. — est autem zeugmatis figura. nam ex *repetunt* supplendum *vocant.*

284. 85. *omnes corde patrem perhibent animoque benigno dant circumfusum;* potuere haec dici a Minucio eiusque militibus grates agentibus Fabio, quod eos ex proelio temere cum Hannibale conserto expedisset. cf. Liv. XXII, 30 *progressus ante alios magister equitum, cum patrem Fabium appellasset* e. q. s. — *dant circumfusum;* ita fab. 126 *fortuna Hectoris nostram acrem aciem inclinatam dedit;* ubi item de coniectura additum *dandi* verbum. cuius talis significatio, quae proxime accedit ad *faciendi* vim, frequens apud scriptores antiquissimos. Pacuv. in armorum iudicio: *dic, quid faciam. quod me moneris effectum dabo.*

287. *noenum;* cf. v. E. 201; comm. in Luc. 267. — de illo *non eni* etiam Bergkius cogitavit pg. 294. — neque abhorret a fide eodem tempore ut *noenu* et *noenum* etiam *eni* et *enim* fuisse in usu. neque tamen ausim talia ipsis inferre verbis Ennii. — accedit quod Ritschelius nov. exc. Plaut. pg. 112 monet Cic. etiam de or. II, 10, 30 afferre ex trinummo III, 2, 79 *non enim* (idem quod hodie in cdd. fertur Plautinis), ubi itidem legendum sit *noenum.*

X—XXI. praelium Cannense et quae secuta sunt.

289 sq. verba Paulli adversus Varronem pugnandi amore flagrantem.

291—93. etiam haec potuere dici ab illo, dum proelium, quo de summa rerum esset certandum, dissuadet monetque, ut vicissitudines notas belli Romani cum patientia expectent.

294—311. refert Gellius, quod quin ex Varronis de poetis traxerit libris non videtur dubium, Aelium Stilonum dicere solitum Q. Ennium de semet ipso haec scripsisse picturamque istam morum et ingenii ipsius Ennii esse; de quo cf. v. E. 68—70. — in cdd. haec adscripta l. VII; de quo dictum ib. 167.

ceterum si recte statuit Aelius, oblitus est Ennius memorare, quod et ipsum bono comiti et convivae haudquaquam est incongruum, vini studium acrius. nam ut Horatius ait ille numquam nisi potus ad arma prosiluit dicenda. quod vix potest dubitari quin ipse poeta sive in annalium prooemiis sive in saturarum libris testatus sit; ut exclusa verba Horatii ab incertae sedis reliquiis doleam. cf. et v. E. 67.

294. *quoi tum.* cum persuasum sit animo Ennium paragogico *d* quod dicitur non esse usum, nisi in ablativis vel accusativis *med, ted, sed,* et quidem, ut puto, praeter annales, non possum probare eorum sententiam, qui secuti librorum corruptelas existimant ab Ennio hoc versu scriptum *quodcum* vel 397 *alted.* nam eodem iure v. 486 licebit reponi *lated,* in quo Nonii certe codices habent *latet specus.* at hercule Ennius si umquam paragogico *d* aliter usus est ac supra dictum, id sola metri necessitate expressum apparet. accedit quod in vv. 294, 397 etiam propter alias causas illa *quodcum, alted elata* probari non possunt. itaque locis quos memoravi nihil subesse existimo praeter librariorum errores, quorum simillimi sine ulla *d* paragogici suspicione multi inveniuntur in multis aliorum scriptorum codicibus.

298. de *indu* et *endo* vocabulis, ex quibus hoc antiquius est, illud recentius, dictum v. E. 201.

301. *evomeret;* cf. v. E. 267. — *siqui* = *siquo pacto.*

303. *quocum multa volup et gaudia clamque palamque; volup* pro *voluptate* accipiendum videri adsentior Columnae, sicut alibi

simili apocope usus Ennius dixit *do, cael, gau;* quamquam differt illud exemplum aliquatenus, cum feminino genere usus sit, ideo ut puto, quod *volup* non ut *do, cael, gau* nihili, sed vocabulum certe esset latinum. alii parum probabiliter explicant per adverbium, ut sit: *quocum multa iucunde ei sunt.* neque versum ita accipi velim, ut sit: *quocum multa gaudia volup* (i. e. *iucunde*) *et clamque palamque.* nihil autem de h. l. dicit Ritschelius op. II, 450 sqq. — ceterum etiam in libris Plautinis vox illa interdum corrupta in *voluptas, voluptatis;* cf. Ritsch. pg. 451. — *clamque palamque;* ita Tib. IV, 5, 20 *quid refert clamne palamne roget?*

310a. b. lacuna hausta videri quae de doctrina viri copiosa et multiformi dicta essent monui v. E. 69.

312. 313. Liv. XXII, 46 *ventus (vulturnum incolae regionis vocant) adversus Romanis coortus multo pulvere in ipsa ora volvendo adspectum demit.*

312. *fere;* cf. v. E. 207. — *pulvis.* produci potuit finalis propter caesuram; citra quam eadem longa aen. I, 478: *per terram et versa pulvis inscribitur hasta.* ita in illo *sanguis i* productum locis haud paucis, longe saepius cum corripiatur. fatendum tamen usus huius causam minime comparere. — pro *videtur* nos *vagatur,* Bergkius 681 *vegetur;* idque verum existimo; cf. vv. 360, 1.

314. *amplius exaugere obstipo lumine solis;* praecesserant velut haec: *dux Poenu' tuos, Romane, labores.* Liv. l. m. *sol seu de industria ita locatis seu quod forte ita stetere peropportune utrique parti obliquus erat, Romanis in meridiem, Poenis in septentrionem versis.* Seneca natur. quaest. V, 16: *Livius hoc illum (ventum ab oriente hiberno exeuntem) nomine (volturni) appellat in illa pugna Romanis parum prospera, in qua Hannibal et contra solem orientem exercitum nostrum et contra ventum constituit.*

XIX. XX. *nunc hostes vino domiti somnoque sepulti. ast occasus ubi tempusve audere repressit.* haec Merula pertinere intellexit ad Romanos, qui cum in maioribus castris essent relicti eos qui in minoribus erant monuerunt, ut secum abirent; quod quidem hi secuti sunt iussum, auctore maxime Sempronio Tuditano tribuno militum. cf. Liv. XXII, 50: *nuntium qui in maioribus erant mittunt, dum proelio, deinde ex laetitia epulis fatigatos quies nocturna hostes premeret, ut ad se transirent: uno agmine Canusium abituros esse* e. q. s. — *audere repressit.* similiter infinitivo saepe usus Lucretius; cf. Lchm. ad IV, 244.

320. *his pernas succidit iniqua superbia Poeni;* idem Merula verissime confert Livii XXII, 51 *quosdam* (die qui insecutus est cladem Cannensem) *et iacentes vivos succisis feminibus poplitibusque invenerunt.*

321. 22. potuerunt haec esse verba Romanorum negantium se bello victos testantiumque animos paratos ad resistendum donec aliquis ex gente sua superesset. — *dum quidem unus homo;* cf. 354 *tum milia militum octo.*

323. haec pertinere videntur ad senes post Cannense proelium excitatos ad militandum, qui etsi iustis armis iam essent impares, surum certe possent gestare ad hostem arcendum; cf. Sall. Catilina c. 56 *ceteri, uti quemque casus armaverat, sparos, lanceas, alii praeacutas sudis portabant.*

XXV—XXVII. cf. v. E. 174 sq.; 148 sq.

325. *musaeum;* hoc adi. et Lucretius usus.

Lib. IX.

Res post pugnam Cannensem usque ad devictum interfectumque Hasdrubalem gestae, ut videtur.

326. *Quintu' pater quartum fit consul;* a. 214.

327. pertinere puto hemistichium ad Capuanos, qui sub finem a. 212 muris continere se sunt coacti urgente Romano.

328. haec si recte adscripta sunt huic libro, locum habuere in descriptione proeliorum, quae intra annos 215—211 inter Romanos et Campanos sunt conserta, velut in clade, qua hi cum Hannone a. 212 affecti sunt ad Beneventum; cf. Liv. XXV, 13 sq.

329. Hannibal urbem Romam petiturus nocte Vulturnum amnem traiecit; cf. Liv. XXVI, 7 fin.

330. terror Romanorum propter adventum Hannibalis; cf. v. E. 145. — *Titanus;* eadem forma usus Naev. v. 65; Hygin. fab. 150; 167.

VI. *Hannibalemque lares Romana sede fugantes;* cf. Varr. ap. Non. 47, 32:

noctu Hannibalis cum fugavi exercitum,
tutatus haec, Tutanu' Romae nuncupor;
hac propter omnes, qui laborant, invocant.

Rediculum deum in eadem re memorat Paul. 283.

331 sq. studium quo tenebatur Marcellus post expugnatas Syracusas et expulsos Carthaginienses in Sicilia resuscitandi agrorum cultum significari apparet. — *causa poliendi agri;* ita Volcatius Sedigitus, si recte habet scriptura tradita: *decimum addo causa antiquitatis Ennium.*

333. 334. fortasse verba fuerunt Publii Scipionis, dum petit imperium in Hispania vel post delatum honorem populum Romanum compellat; cf. Liv. XXVI, 18; 19.

335. potuere haec locum habere in descriptione captae Carthaginis.

336. 37. locus communis; cf. v. E. 170. haec utrum in eadem re persequenda, an alibi prompserit Ennius, plane incertum. nec enim aliud fuit bellum, in quo saepius variaverit fortuna; v. Liv. XXVI, 37.

338. *dictum factumque facit frux;* i. e. *vir strenuus mandata tam cito quam dicta sunt perficit.* nota illa elocutio: *dictum factum.*

340. *pulvis fulva volat;* Calvus in epigrammatis: *cum iam fulva cinis fuero.*

341. *debil;* ita verissime Lipsius; nam illud *debilo* omni ratione destitutumst nec non elisione asperrima foedatum. — *debil;* ita *famul* apud E. et Lucretium; apud comicos *simil.* et in lexicis memoratur *mugil;* cf. et Bergk. 279.

Lib. X.

Res post pugnam ad Metaurum usque ad finem belli gestae.

345—47. verba Romanorum Scipionem post reditum ex Hispania (a. 206) faustis ominibus prosequentium. — *equorum equitumque magister;* abundantia dictionis parum elegans; cet. cf. 142, 43: *idem loca navibu' celsis munda facit nautisque mari quaesentibu' vitam.*

348—50. Cethegus et Tuditanus consules fuere a. 204. — *Marcu' Tuditano collega, Marci;* ita docti; in cdd. est: *Marcus studio collegam.* vix autem credibile est, postquam d. r. m. 367 docuimus illud - *itanus* semper habere antepaenultimam productam, extitisse qui aut apud Ennium vellent scribi: *ore Cethegus Marcus collegā*

Tuditano, aut eidem poetae vel Lucilio tribuerent illa: *Massili portabant iuvenes ad litora tanas.* ceterum quod Ateius Philologus putavit *Tuditanum* ab eo ductum quod est *tudes, malleus,* mihi potius videtur *Tudes* alterum fuisse nomen Vmbriae oppidi, quod vulgo vocatur *Tuder;* sicut ex *Gaddir* factum *Gades,* atque inde ductum *Gaditanus.* — dictus igitur Sempronius quidam Tuditani cognomine perinde ut unus ex Marciis propter causam aeque incertam Coriolani.

351. *ollis popularibus;* cf. v. E. 198. *ollis* eadem v. sede positum habes etiam aen. VIII, 659 in loco aperte Enniano.

354 sq. cf. Liv. XXVIII, 46; v. E. 170.

356. 57. fortasse haec dicta de Scipione ex Sicilia solvente in Africam; cf. sat. 9—12. — praeterea v. v. E. 268.

358. potuerunt haec poni relato Scipionis in Africam adventu.

359. notum a. 204 a M. Catone quaestore Ennium ex Sardinia deductum Romam.

360. 61. haec dicta possunt videri de incendio illo, quod Syphacis et Hasdrubalis castris machinante Scipione est illatum; cf. Liv. XXX, 5, 6. — *vegere,* idem quod *concitare;* ut in Ambracia: *aequora salsa veges ingentibu' ventis.* — ceterum non sine recordatione huius loci scriptos esse apud Silium XIV, 307 sqq.; XVII, 96 sqq. notavit Wezelius de Sil. Ital. cum fontibus tum exemplis pg. 22. et l. quidem XVII etiam de Syphacis et Hasdrubalis agitur castris incensis.

362. ad Syphacem a. 203 a Laelio et Masinissa devictum captumque possunt haec referri; cf. Liv. XXX, 11 sq. — *regni columnam;* v. Horat. I, 35, 13 sq.

363—65. cf. v. E. 170 sq. — *pater;* Hasdrubal Gisgo Sophonisben filiam desponderat Syphaci, quo magis Carthaginiensibus eum devinciret; Liv. XXIX, 23.

368. *pinsunt terram genibus;* cf. v. E. 171. — similiter dictum fab. 440 *cubitis pinsibant humum.*

375. *nictīt;* cf. v. E. 239 sq.

376. *naribus* iam Ribbeckius m. Rhen. X, 278.

XXI. cf. v. E. 171.

Lib. XI.

Bellum Macedonicum quod proelio ad Cynoscephalas est finitum. cf. v. E. 175.

statim hic ut libro VI in medias res festinasse Ennium declarat ipsum principium. initia autem et semina huius tumultus, quae evenere bello Punico secundo, utrum XI libro an IX et X sit persecutus, non satis constat. magis tamen hoc probabile, cum aliter dicturus fuerit potius *in bellis.*

377. *insece Musa mihi;* Hom. ἄνδρα μοι ἔννεπε Μοῦσα; cet. cf. v. E. 206 sq.

379. *quippe* cur h. v. et 430 Festus dictum putet pro *quidni* plane non apparet. nec vero alibi huius usus suppetit exemplum. — *solent;* superbe et violenter agere in cives suos vel alios populos.

380. 81. haec foedissime interpolata cum ferrentur vulgo, tandem ad sanitatem aliquam sunt revocata. — et de lingua quidem latina actum esse Festi loco priore, qui legitur pg. 206, accuratius rem inspicienti facile apparet, neque id fugit Merulae sagacitatem. sed quod scriptum est ab eo *contendunt Graecos, Graios memorare solent sos,* Ennius non magis quam plerique poetarum posteriorum, quibus etiam in hac parte fuit exemplo, dixit Graecos nisi de sui temporis hominibus, in quibus praeter ingenii cultum nihil quidquam magno opere mirabantur Romani, ut in Epicharmo. antiquissimos autem illos et nobilissimos, quos genere tangere testatur Romanos, semper vocat *Graios.* — *eadem* disyllabum; cf. v. E. 226.

382. *Graecia Sulpicio sorti data, Gallia Cottae;* a. 200.

383. *Leucatam campsant.* recte referre Vahlenum haec in G L adscripta l. XI idque casu a se omissum Hertzius mihi scripsit. ceterum etsiamsi fides habeatur plurium codicum testimoniis, nihil potest concludi ex verbis illis de argumento libri X. nam prius bellum Macedonicum non ubi posterius, sed, si omnino, belli Punici secundi in descriptione videri relatum ab Ennio supra memoravi.

384. *egregie cordatus homo catus Aeliu' Sextus;* cons. cum T. Quinctio a. 198. — huic Macedonia, illi Italia cessit.

VIII—X. haec quo pertinerent Madvigii primum acumine est perspectum (cf. opusc. acad. II, 290 sqq.). nam cum in augustiis

Chaoniae ad Antigoneam diu frustra haesisset exercitus Romanus, dubitanti Quinctio submissus est a Charopo Epirota pastor, qui partem exercitus Romani deduxit in verticem montis, unde a tergo liceret facere impetum in Macedonas. atque ita hi fugati sunt et exuti castris. cf. Liv. XXXII, 11 sq. — omnia autem videntur esse petita ex pastoris consulem alloquentis oratione.

385. *sollicitari te, Tite, sic noctesque diesque!* cf. v. E. 209.

386. *adiuro;* ib. 200. — *levasso;* ita fab. 83 *mactassint.*

386 sq. *curam, quae nunc te coquit. coquit* parum eleganter dictum. recte tamen ap. Catull. 83, 6 docti *iratast, hoc est uritur et coquitur;* ubi tamen de amoris agitur curis.

389. cf. v. E. 195.

XI. XII. haec utrum ad pugnam quae fuit post deductos a pastore in tergum hostium Romanos an ad eam quae a. 197 ad Cynoscephalas facta est referri oporteat, plane est incertum.

390. *resonunt;* 408 *litora lata sonunt;* illa *sonunt, sonit* in tragoediis inveniuntur; ann. 191 tamen *sonabat.*

391. 92. potuerunt haec locum habere post victum Philippum, qui ex Achille, Troianorum a quibus originem trahebant Romani hoste gravissimo, genus se ducere gloriabatur. cf. Prop. V, 53 sq. *vertite equum, Danai; male vincitis. Ilia tellus vivet et huic cineri Iuppiter arma dabit;* v. et aen. VI, 838—40.

394. haec a Catone in oratione, quam consul a. 195 habuit de lege Oppia non abroganda, prolata suspicatur Merula. quae si recte habet opinio (certe non caret probabilitate), versum ad l. XII potius existimo adscribendum; id quod etiam codicum optimorum signis quibusdam commendatur.

395. *cruce;* hac dativi forma saepius usus Lucilius, ut *et virtute tuae et caris conducere chartis*; cf. comm. pg. 195; 206; 210; 211 al.

397. mirae in hoc versu excitatae turbae doctorum socordia; qui ne hoc quidem intellexere interceptum librariorum dolo vocabulum *maris* atque adeo portentoso usi invento de adverbio *alted* cogitarunt.

Lib. XII.

cf. v. E. 175 sq.

398—400. ex hoc loco ut ex aliis plurimis intellegi potest,

quam circumspecto iudicio sit utendum in tractandis fragmentis. nam si nulla libri nota esset addita ei, quis dubitaret referre ad descriptionem Histrorum post capta castra Romana vino somnoque sepultorum? sed falsam esse opinionem talem non modo ex eo sequitur, quod bis a Prisciano libro XII adscriptus est, sed magis inde, quod pg. 647 praemittitur ei versus XVI libro tributus.

398. *cordibus imis; penitus.*

Lib. XIII. XIV.

Bellum Antiochi. cf. v. E. 176 sq. — etiam Cn. Manlii res a. 189 contra Galatas gestae libro XIV videntur esse tractatae.

qui memoratur a Teuffelio hist. litt. lat. ed. IV pg. 162 libellus Haveti de argumento ultimorum VI librorum carminis Enniani, in manus non pervenit nostras.

401. *de me hortatur;* dictum de tmesi v. E. 241.

404. *isque Hellesponto pontem contendit in alto;* locum, ex quo haec servata sunt, haud dubie imitatus est Lucr. III, 1029—1032. — ceterum apparet a poeta repetitam memoriam Xerxis ad opes opinionemque Antiochi, qui et ipse Asiae regno erat potitus, speciosius exornandas. recte adfert Merula Flori haec (I, 24 pg. 43 ed. Iahn.): *non aliud formidolosius fama bellum fuit, quippe cum Persas et orientem, Xerxen atque Darium cogitarent, quando perfossi invii montes, quando velis opertum mare nuntiaretur.*

405. refert v. Vahlenus ad obsidionem, qua a. 190 ab Antiochi militibus duce Seleuco Pergamum est cinctum. nam hi cum contemnerent praesidium Achaeorum, quod additum erat urbi, Diophanes praefectus eius subita eruptione facta turbavit hostes. cf. Liv. XXXVII, 20 *caedes passim fugaque per campos facta est. Diophanes secutus effusos quoad tutum fuit, magno Achaeorum genti decore parto (spectaverant enim e moenibus Pergami non viri modo, sed feminae etiam) in praesidium urbis redit.* — frequens haec descriptio poetis antiquis; cf. Hom. Il. III, 154 sqq.; Hor. c. III, 2, 6 sqq.

406. *res sapsa;* Pacuv. *nam Teucrum regno sapsa res restibiliet.*

407. *satin;* cf. v. E. 203. — *verant;* non *vera dicunt*, sed *vera faciunt.* — *vates;* cf. v. E. 72. — etiam hic eos derideri apparet.

I—IV. pugnam ad Myonnesum factam, qua Lucius Aemilius Regillus a. 190 Polyxenidam Antiochi praefectum classe vicit, his describi intellexit Merula; cf. Liv. XXXVII, 28—30.

408. *litora lata sonunt;* haec possunt pertinere ad egressos in Teiorum terram commeatus parandi causa Romanos; nisi potius dicta sunt de trepidantibus et repetentibus naves cursu isdem, ad quos nuntius esset perlatus stare hostes ad Macrin insulam et parare profectionem. cf. Liv. l. m. 28; 29.

II. III. Liv. 29 *(post tumultum et trepidationem) instructa classis (Romanorum et Rhodiorum) velut cerneret regios in altum processit. inter Myonnesum et Corycum promontorium erant, cum hostem conspexere.*

409. 10. nugatur Favorinus; quem quidem probabile est non, ut oportebat, post *flavo*, sed post *caeruleum* interpunxisse. nam *caeruleum* haud dubie dicitur mare, quod mutato remigum opera habitu pariter et colore commotum et in faciem caerulam conversum sit. — *marmore flavo;* abl. qualit.; cf. Lucr. II, 766 sq. *ut mare, cum magni commorunt aequora venti, vertitur in canos candenti marmore fluctus.*

411. 12. *hostes accedere ventis navibu' velivolis;* cf. aen. II, 25 *nos abiisse rati et vento petiisse Mycenas;* IV, 381 *i, sequere Italiam ventis.*

413. *labitur uncta carina, volat super impetus undas;* haec videntur spectare ad Rhodios auxilio venientes Romanis. cf. Liv. l. m. *ubi Eudamus — vidit, non posse aequare ordinem Romanos et tantum non iam circuiri ab dextro cornu, concitat naves (et erant Rhodiae longe omnium celerrimae tota classe) aequatoque cornu praetoriae navi, in qua Polyxenidas erat, suam obiecit.* — ceterum memoria digni multiplicati dactyli. nam etiam in arte per ipsos numeros res velut depingendi Ennium exemplo fuisse Vergilio demonstratum est v. E. 250 sq. — *uncta,* i. e. *pice illita.*

VI—VIII. proelium ad Magnesiam; cf. Liv. XXXVII, 39—44.

414. 15. cohortationem militum his verbis contineri haud dubium, sed Antiochi potius quam Romanorum. nullum enim umquam hostem a Romanis aeque contemptum testatur Livius cap. 39. — *si — sive;* v. Bentley ad Terent. Andr. I, 3, 11. — *morimur;* cf. v. E. 199.

VIII. ad Thraces Romanorum socios, qui praesidio castris

relicti essent, refert Vahlenus. quamquam apparet Thracum in hoc bello pluribus locis mentionem potuisse inici ab Ennio.

417. 18. verba Antiochi victum se fatentis. — 418. durius asyndeton.

Lib. XV.

Aetoli perdomiti a M. Fulvio; cf. v. E. 176.

422. *aut intra muros aut extra;* Horat. *Iliacos intra muros peccatur et extra.*

423 sq. *septingenti — Romast;* cf. v. E. 148. *inclita Roma;* cf. aen. VI, 781.

428 sq. falli Priscianum v. E. 205 monui.

praeter bella in Macedonia et Graecia Asiaque gesta ne minora quidem, quae cum Gallis, Liguribus, Sardis, Corsis, Hispanis sunt conserta post Hannibalem devictum, libris XI—XV silentio praeterita monui v. E. 176 sq.

Lib. XVI.

Bellum Histricum a. 178, 7; cf. v. E. 178—187.

II—VII. prooemium, quo de se rebusque Romanis quae fuere inter a. 189 et 178 summatim egit Ennius.

430. cf. v. E. 178 sq. — *vetusta — bella moveri;* ita Vergilius aen. VII, 641 *pandite nunc Helicona, deae, cantusque movete;* Horat. c. III, 7, 19 sq. *et peccare docentes fallax historias movet.* ita *κινεῖν* Soph. Oed. Col. 1526.

431. cf. v. E. 181 sq.

IV. V. haec ad Philippum videntur pertinere, qui aetate confectus non sustinuit Romanis bellum, quod meditabatur, inferre. et prior quidem versus nescio an in comparatione fuerit positus; cf. 481, 2.

433. *dies — aetas;* Lucr. I, 557 sq. *longa diei infinita aetas antacti temporis omnis;* cf. et v. E. 195.

434. 35. de exequiis Philippi videntur haec dicta. — 435. cdd. *aedificant nomen;* quae verba quo modo possent explicari nemo quisquam ostendit. — *ludificant nummum;* ita Sall. Cat. 13 de eis, qui abutuntur opibus: *quibus mihi videntur ludibrio fuisse divitiae;* Tac. hist. II, 94 de Vitellio: *tamquam in summa abundantia pecuniae illudere.*

VII. factum hoc a. 179; cf. Liv. XL, 46.

VIII—XXXIV. bellum Histricum.

436. *primus nec bradus in regimen bellique peritus;* haec si recte scripta sunt, ad Epulonem Histrorum regem apte referentur, de quo Livius in initio l. XLI, loco manco: *(eum gentem) a patre in pace habitam armasse. eoque iuventuti praedandi cupidae pergratus esse dicebatur. — bradus,* si scriptum est ab Ennio, pro quo Plautus ceterique *bardum,* videtur id novasse, ut adaequaret graeco *βραδύς,* unde ductum existimant. minore certe id factum audacia quam quod *do cael gau* posuit pro *domus caelum gaudium.* — ita *preculam* pro *pergula* dixisse Ciceronis tempore Tingam Placentinum refert Quintil. I, 5, 12. — videnda etiam quae de illis *aggretus* et *egretus* dicta sunt v. E. 200. — porro promiscue apud Romanos *crocodilus* et *corcodilus;* ita *Trasumennus* et *Tarsumennus* (Quint. l. m. 13). de metathesi litterarum, quae sane apud Romanos exiguum admodum habet locum nec fere nisi in verbis peregrinis, dixit Ritschelius op. II, 524 sqq.; 529 sqq.

IX. XIX. XXIX. Epulonis nomen etiam a Bergkio agnitum esse pg. 253 iam initio huius commentarii est monitum. atque idem 256 sq. frgm. XIX et XXIX assignanda coniectavit libro XVI et hoc ad Nesactii oppugnationem referendum.

437. *quos ubi rex Epulo spexit de cotibu' celsis;* cf. v. E. 179. — *Epulonis* nomen etiam aen. XII, 459 inveniri notat Bergkius pg. 310.

439. *nox* pro *noctu;* barbarismus. cf. v. E. 194. — *frux* pro *usu,* ut *frugi* pro *utili.* Histri parati, quandocumque copia facta sit, invadere Romanos.

440. conf. fab. 320 sq. *quae cava caeli signitenentibu' confici' bigis.*

443. *hic* pro *hi;* cf. v. E. 197 sq. — *insidiantes;* ib. 226.

444. *ore faventes;* Verg. aen. V *ore favete omnes;* Hor. c. III *favete linguis.*

449. *prodere,* non idem quod *perdere.* cf. Liv. XXII, 44 *siquid proiectis ac proditis ad inconsultam atque improvidam pugnam legionibus accideret.*

450—57. cf. aen. IX, 806—814.

452. *galeae;* pluralis. supplendum *tinniunt.* — cf. aen. IX, 665 sq. *tum scuta cavaeque dant sonitum flictu galeae.* — *nec* pro

non; cf. Fest. 162 s. l. *nec;* Ribbeck. de particulis latinis (Lips. 1869) pg. 24 sq.

454. *adundare* in notis Tironis inveniri memorat Forcellinus idque ipsum adserit Schmitzius. commendatur id verbum etiam allitteratione, siquidem *astas* scripsit Ennius. — *obundantes* Pontanus. *obundandi* verbum ex Statii, auctoris seri, achill. I, 102 affertur in lexicis, ubi tamen in uno tantum codice, eoque graviter interpolato, ferri illud *obundat* scripsit mihi O. Muellerus, qui improbat; in relicuis est *abundat.*

456. *praepete ferro;* aen. IV, 71 *volatile ferrum.*

458—62. cf. aen. XI, 492—7. — 460. *per caerula laetaque prata;* aptius v. 146 *ponti caerula prata.* cf. Propert. V, 2, 43 *caeruleus cucumis;* Manil. V, 260 sq. *caeruleum foliis viridemque in gramine collem conseret et veris depinget prata figuris.*

463. cf. Lucr. VI, 944 *manat item nobis e toto corpore sudor.*

468. 69. *rex deinde citatus convellit sese; citatus* pro *excitato;* cet. conf. Liv. XLI, 4, ubi haec de receptis Romanorum opera castris, quae Histri invaserant: *rex tamen (Epulo) temulentus ex convivio, raptim a suis in equum impositus, fugit.*

472. 73. *clamos;* cf. v. E. 240. — *per aethera;* ib. 196. — ceterum non abhorret a probabilitate v. 472 et ipsum in descriptione Nesactii expugnati fuisse positum.

474. *animus cum pectore latrat; cum* coniunctio est. — recte comparat C odyss. XX, 13, 4 *κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει. ὡς δὲ κύων* e. q. s.

475. *bovantes;* cf. comment. in Luc. l. inc. 14.

Lib. XVII et XVIII.

cf. v. E. 187 sq.

continebantur libris hisce, cum essent integri, res ab a. 177 usque ad 172 vel insequentem gestae, quae Liv. XLI a cap. 12 usque ad XLII 10 vel 29 referuntur. ceterum cum volumen illud multis sit lacunis foedum, difficile est dicere quonam pertineant frgm. VI—X. quae quidem eodem iure ad tumultus Sardinienses a. 176 vel ad expeditionem in Ligures factam circa idem tempus sive ad alia bella in locis montanis gesta possunt referri.

479. *mussare* hic transitive dictum; aliter fab. 394.

483. cf. v. E. 139 sq. — etiam Ribbeckius mus. Rhen. X, 270 et Bergkius pg. 264 intellexerunt haudquaquam ex Persii verbis posse concludi in Lunae portu Homeri imaginem oblatam Ennio. neuter tamen id quod verum est vidit.

488—90. confert C Il. XVI, 765 sqq. *ὡς δ' Εὖρός τε Νότος τ' ἐριδαίνετον ἀλλήλοιιν οὔρεος ἐν βήσσης βαθέην πελεμιζέμεν ὕλην — ὣς Τρῶες καὶ Ἀχαιοὶ ἐπ' ἀλλήλοισι θορόντες δήουν οὐδ' ἕτεροι μνώοντ' ὀλοοῖο φόβοιο. — spiritus austri;* idem memorat Homerica *πνοίας ἀνέμου, θύελλα ἀνέμου* nec non Furii Antiatis illud: *spiritus eurorum viridis cum purpurat undas.*

493. *cum soles tandem faciunt langiscere longei;* haec in proelii alicuius descriptione potuere poni.

495. *aere fulva;* ita 608 *sublatae lapides; aer, nebula. — fulva;* cf. aen. XII, 792 *fulva pugnas de nube tuentem.* l. utroque illud *fulvus* intellegendum de nube solis radis percussis. — at apud Lucr. VI, 461 recte Lachmannus *furvae nubis caligine crassa.*

Inc. libr. rel.

500. *miscent foede flumina candida s. sp.* cum relicua exempla capitis de pedibus metricis ex poetis sint tracta a Diomede, etiam hoc ex eodem fonte et quidem (propter caesurae defectum et allitterationem) ex Ennio potissimum repetendum duxi. — *sanguine sparso;* talis correptionis licentia cum in eis quae extant ap. E. non inveniatur, tutius erit reponi id quod est *sanguine salso,* si recte videbitur versus illi adscriptus.

502. *spiras;* de graeco hoc ductum. nam apud Polybium *σπεῖρα* idem quod *manipulus.*

515. *contutudit;* v. quae sunt adscripta ad fab. 271.

516. *parumper;* etiam hic ut in ceteris carminibus Ennii significat *cito,* ut demonstrant ea quae secuntur apud auct. bell. Hispan.: *itaque praeter consuetudinem cum nostris animadversum esset accidere.*

517. *exspoliantur;* idem verbum apud Non. 480 s. l. *spolior* in verbis Claudii Quadrigarii invenitur: *ita per sexennium vagati Apuliam adque agrum Campanum, quoad is per militem licebat, expoliabantur.*

519. *atque atque* pro *adque adque* dictum putat E. Woelflinus, ut sit *ad* loci adverbium, reddendum illud germanice per *heran;*

idque probat I. Schmalzius hebdomadar. philol. Lipsiens. huius anni pg. 108. — *accedit muros;* cf. comm. in Luc. XIII, 5.

522. *pandite, sulti', genas et corde relinquite somnum;* Accius Antigona: *heus, vigiles, properate, expergite! pectora tarda sopore, exurgite!*

532. *Marsa manus, Peligna cohors, Vestina virum vis;* apparet robora exercitus Romani significari; nam et Peligni inter fortissimas Italiae gentes erant neque Vestini Marte inglorii, et vulgo ferebatur nec aut de Marsis aut sine Marsis posse triumphari. cf. Nibuhrii hist. Rom. I, 112 (ed. a. 1833); III, 213; 220 sq.; interpr. ad Hor. I, 2, 39 sq. Silius autem VIII, 497—517 inter ingentes belli apparatus post cladem ad Trasumennum hos cum aliis multis armatos a Romanis quod memorat, satis inficete putat Vahlenus etiam apud Ennium versum, qui supra adscriptus est, olim l. VIII fuisse positum, cum centum alii essent loci in annalibus ubi non minus apte posset promi. — non abhorret quidem a vero Silio hic illic exemplo fuisse Ennium; sed quam caute in hac re utendum sit illius libris demonstratum est v. E. 171 sq.; 175. — *Vestina virum vis;* Homericum est *ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο;* Lucr. l. I *insula dives opum, multa munita virum vi.*

534. 35. *perculsi pectora Poeni; succincti corda machaeris;* cf. v. E. 208. quod a Persio ut Pacuviana memorantur haec: *Antiopa, aerumnis cor luctificabile fulta,* cave credas haec plane eodem modo perscripta olim fuisse apud tragicum; in cuius fabula tantum constat fuisse illa *aerumnis fulta, cor luctificabile.* nam aperte haec irridentur a satirico.

536. *coepit,* trisyllabum ut ap. Lucr. IV, 619; ubi videndus Lachmanni commentarius.

537. 38. cf. v. E. 251.

543. *runata;* praecessit ut puta *cohors* vel *turba.* — *runae* autem vocabulo etiam Naevius usus inc. IV.

550. *heiă;* cf. d. r. m. 340 sq.

552. *saxo cere comminuit brum.* cf. v. E. 241. — dubitat Aemilius Thomas, elegantissimi vir ingenii, num sit hemistichium Ennianum. neque potest negari exigua admodum testimoniorum auctoritate id ascribi Ennio, magnoque vellem emptum, si non esset eius. attamen cum et apocopes exemplis notissimis (553 sqq.) probetur aliquando, quamquam rarissime, Ennium in imitando

Homero iudicio lapsum et mirifica similis tmesis exempla, quae d. r. m. 367 sunt enumerata, ita potissimum videantur posse explicari, si ad Ennium gravissimum poetis Latinis auctorem ut virtutum ita vitiorum prima eorum referatur origo, non sustinui abiudicare verba illa ab eo.

553—55. conf. v. E. 269 et quae sunt adscripta ad v. 303. — non sustinui servare id quod vulgo fertur: *endo suam do;* nam alia res est in illo *volup.* — antiqua sane fuit corruptela, quae iam extaret apud grammaticum illum saec. ut puto p. Chr. primi, ex quo qui locum hunc afferunt petierunt omnes, etiam Ausonius, nisi fallor.

556. *quae valido venit contorta falarica missu;* aen. IX, 705 *sed magnum stridens contorta phalarica venit.*

558. *machina multa minax molitur maxima muris.* iam ante multos annos dictum est h. v. mihi videri Ennianum, qui plane geminus est illi: *o Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.* — accedit quod in toto Diomedis de schematibus capite inter plurima exempla quae ibi afferuntur ne unum quidem videtur fictum esse a grammaticis.

559. *indignas turres;* cf. v. E. 267.

560. hic ipsa verba clamant Ciceronis dativi vel ablativi pluralis adferri exemplum. quis enim poterit credere summum illum orationis latinae arbitrum existimasse id quod est *isdem* melius sonare quam *idem?* — itaque Cicero qui dimidiato versu usus est ut alibi dixit *desine Roma tuos hostes* sensu imperfecto, sed ad rem probandam sufficiente, putavit *isdem* iungendum cum *navibu' longis;* in quo equidem eum fefellisse videtur opinio.

quae cum ita sint, duplex patet via, ut aut nominativo singularis numeri ab Ennio spreta soni cura poni existimemus *isdem* (invenitur id subinde in inscriptionibus adeoque a Ritschelio, opusc. IV, 316, Plauti Amphitr. III, 2, 64 est adscriptum) aut quod propius abest a fide Ciceronem lapsum memoria fidemque habendam Servio. — ceterum quae secuntur apud Ciceronem *male sonabat iisdem*, ea ab interpolatore addita, quo explicaretur illud *opimius,* nuper monitum est a me in Philologo.

561. *explere;* hic idem quod *deplere.* nugatur Servius.

562. *ferme,* ut alibi in annalibus *fere.*

566. *labitur uncta carina;* ead. v. 413 inveniuntur. — *uncta;* cf. comm. v. 413. *celocis;* de *celoce* cf. Gell. X, 25. — quantum ad numeros versus, v. v. E. 251.

567. *agoeā;* ibid. 196. ceterum ne nunc quidem desii dubitare de hac forma, quamquam si *philologum* pro *philologa* dixit Ennius nimis graecanice, potuit etiam servare longam finalem in *agoea.*

568. *dum clavum rectum teneam navemque gubernem;* potuerunt haec locum habere in descriptione belli Punici primi, quo a ducibus Romanis maritimarum rerum parum gnaris haud raro sunt spreta praecepta gubernatorum classis.

569. illud *apiunt,* quod ex codice Guelferbitano Isidori et Parisinorum haud obscuris indiciis est recuperatum, idem quod *aptant.*

571. *atque manu magna Romanos inpulit amnis.* apparet favore imbutum Romanorum dici amnem, quisquis ille fuit.

573. *patēfecit;* fab. 128 *vi patĕfecerunt Bruges;* cf. d. r. m. 364.

574. *vix sol iam complere cohum terroribu' caeli.* haec si recte habent, dicit Ennius a sole vix iam illustrari mundum propter caeli terrores. *cohus* enim non quo caelum continetur, sed ipse mundus. cet. cf. satur. 9 *mundus caeli vastus constitit silentio.*

577. *quaerunt in scirpo, soliti quod dicere, nodum;* Lucil. I, 42 *nodum in scirpo insanu' facessere volgus.* — praeterea cf. Cic. Arat. 239 sq. *Andromedae signum, Deltoton dicere Grai quod soliti.*

578 sq. *tibi vita seu mors in mundost;* ad S. Tarquinium Lucretiae ferro minitantem refert Vahlenus; sed talia silentio fere praeterimus. possunt enim illa eodem iure ad pugnas l. XVI descriptas aliosque multos annalium locos referri.

580. *ausus es hoc ex ore tuo?* Liv. I odysseae: *meá puér quid vérbi éx tuo óre fúgit?* quae versa sunt ex Homericis: *τέκνον ἐμόν, ποτόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων;*

581. *irarum effunde quadrigas;* cf. v. E. 268.

585. *non si lingua loqui superet; superare* pro *abundare.* etiam alias Ennius infinitivum audacius iungit cum verbis; ita enim dixit ann. 405 *spectare faventes;* sat. 64 *ibant — viere;* fab. 112 *inferre occupat.* — illud cui audacius dictum videbitur, non displicebit opinor, quod infra scriptum est, *logis* i. e. *verbis.*

586. *tum;* cf. comm. in v. 158.

587. *unde;* fortasse *cunde;* cf. v. E. 202.

589. falli videtur Festus; cf. aen. VIII, 470 sq.

593. *sese erugit;* ita dicitur *se erumpere;* etiam *eructare* est transitivum. — *erugit* perfectum esse statuit Bergkius pg. 345; qui putat hic significari aquas montis Capitolini, quibus subito emissis se fugasse Sabinos cum Tatio rege gloriatur Ianus ap. Ovid. fast. I, 267 sqq. — rectius tamen ad perpetuos qui erant in Capitolino monte fontes possis referre, quas ut vitaret monuit Tarpeia Tatium regem (Prop. V, 4, 48 sqq.): *tu cave spinosi rorida terga iugi. lubrica tota viast et perfida; quippe tacentes fallaci celat limite semper aquas.* tali pacto erit praesens illud *erugit.*

599. *cortina* hic pro *caelo undique terrae circumfuso* sive adeo pro *mundo;* cf. quae ad v. 574 dicta de *coho.*

600. falsos esse, qui solum vocabulum ultimum Ennio tribuant, Ciceronis verba diligentius rimanti facile apparet; nam ab hoc ideo potius illud *'imperiosas'* additum, quod in hemistichio Enniano, quo ornatus causa usus est, metrum clauderet quam quod ad sententiam qua opus erat pertineret.

606. *vestro sine momine, venti;* Neptunus l. I aen. *meo sine numine, venti,* ubi quidam libri *nomine.*

609. *partum;* cf. v. E. 193.

II. Saturae.

Lib. I.

1. *numquam poetor, nisi sim podager;* cf. v. E. 28; 108.

3. *da, quidquid des, celere;* ita scripsi secutus Gulielmum. nec tamen me fugiebat posse abstrusiora quam simpliciora captantibus defendi illa *dum quidquid des celere,* ita quidem ut *quidquid* idem esset quod *quidque.* cf. Lachm. in Lucr. V, 264.

Lib. II.

4. *occursant* a me repositum, quo plenius firmiusque sonaret homoeoteleuton. — *obagitant;* recentiore scribendi genere usus Festus 189 '*obigitat' antiqui dicebant pro 'ante agitat'.*

Lib. III.

Scipio.

Quae in Scipionem sunt relata, quomodo viderentur explicanda dictum est v. E. pg. 108 sqq. — versus tamen 16—19 nescio an aptius quam confecto proelio Zamensi post pacem cum Poenis firmatam a Scipione prolatos existimes. — praeterea 15, quem de coniectura addidi Scipioni, si recte locum suum tenet, apparet Ennium cum imitatione Herodoti I, 141 (ut alibi in oraculo quod Pyrrho datum esset referendo) fecisse Scipionem apologo Aesopeo illudentem legatis Poenorum post ruptas inducias iterum de pace agentibus (cf. Liv. XXX, 24; 36).

7. *Enni poeta;* cf. v. E. 28.

9—12. cf. ib. 265 sq. — 9. *mundus caeli vastus;* cf. comment. in ann. 574; 599.

13. *Hannibalis;* Ennium suum secutus Varro ap. Non. 47, 32:
noctu Hannibalis cum fugavi exercitum.

14. *sparsis hastis longis campus splendet et horret;* Homerica elocutio, velut Il. XIII, 339 sq. ἔφριξεν δὲ μάχη φθισίμβροτος ἐγχείῃσιν μαχρῇς. — quod ad numeros versus, cf. v. E. pgg. 250 sq.

15. *subulo,* ex Tuscorum lingua sumptum, ut *histrio.*

21. *ben vult* pro *bene vult,* ne duo continuentur anapaesti. — cet. cf. Ritschl. op. II, 716 sqq., ubi asseruntur partim testimoniorum fide, partim arcana ratione musica illa: *Benventum, benfacere, benficium, benmerens.* ita Phaedrus semper *benficium.*

Ambracia. cf. v. E. 110 sq.

Epicharmus. ib. 111 sq.

36. *med;* cf. v. E. 198 sq. — atque illa *med ted sed* etiam tragoediis a me concessa, non annalibus. sed in his versuum 279, 593 cum elegantiores fierent rotundioresque numeri admisso eo quod est *sed,* hoc infra duxi adnotandum.

38. *terra corpus est, at mentis ignis est.* sententia saepe prolata a physicis; cf. doctorum commenta in aen. VI, 724—732.

44. 45. *haece propter Iovi' pater sunt ista, quae dico tibi, quando mortalis atque urbes beluasque omnis iovant.* Cic. de nat. deor. II, 25 *sed ipse Iuppiter, id est iuvans pater, quem conversis casibus appellamus a iuvando Iovem;* cf. et Gell. V, 14, 4 sq.

Euhemerus. cf. v. E. 113.

De Euhemero eiusque doctrina operae erit pretium accuratius quaeri quam hactenus factum video. neque enim nobis in tanta mole rerum hoc libro tractandarum aut otium suppetit aut animus materiam istam persequendi. dispositionem autem partium eandem fere institui quam Columna excepto quod adscriptum est primo loco Ciceronis testimonium de libro Enniano, et auctore Vahleno adiecta frgm. VI et XI nec non IX, X pariter atque XIV, XV ordine inverso proposita; quae quidem sunt levissima. illud mihi video excusandum, quod eidem obsecutus Vahleno, cui numquam satis possis diffidere, priora frgm. III verba *sacra vero historia etiam ante consedisse illi aquilam in capite atque illi regnum portendisse testatur* loco quo apud Lactantium sunt posita servavi ac non cum Columna traieci post V. — denique nescio an e re fuerit secundo loco poni illa, quae apud Lactantium leguntur initio eorum quae ex sacra historia excerpsit (I, 11):

antiquus auctor Euhemerus, qui fuit ex civitate Messana, res gestas Iovis et ceterorum qui di putantur collegit historiamque contexuit ex titulis et inscriptionibus sacris quae in antiquissimis templis habebantur maximeque in fano Iovis Triphylii, ubi auream columnam positam esse ab ipso Iove titulus indicabat. in qua sua gesta perscripsit, ut monimentum esset posteris rerum suarum. hanc historiam et interpretatus est Ennius et secutus.

potuere enim haec vel talia ab Ennio in prooemio referri.

III. *etiam ante;* priusquam adversus Titanas bellum iniret. — *illi, Iovi.*

VII. *qui (Saturnus) — vix in Italia locum in quo lateret invenit.* Latium significari apertum est, neque inprobabile est hoc additum ab Ennio, cum eandem rem rettulerit in annales.

VIII, 30 sq. *in eo loco suspexit in caelum quod nunc nos nominamus, idque quod supra mundum erat, quod aether vocatur.* ut puto, scribendum *vocabatur.* eis autem, quae sunt *idque quod supra mundum erat,* non nova res adiungitur, sed priora mutatis verbis iterantur. est igitur illud *que* epexegeticum.

VIII, 32 sq. *idque Iuppiter quod aether vocabatur primum caelum nominavit.* haec verba inepta et a consilio auctoris aliena (nam Caelo aram extruxit Iuppiter, non aetheri) ex eis quae praecedunt apparet conflata ab interpolatore nescio quo.

XII, 54—56. *simile quiddam in Sicilia fecit Aeneas* e. q. s. — haec omnino non ab Euhemero aut Ennio addita, sed ab eo qui vertit librum Ennii in prosam.

XIII, 67 sq. *inque sepulcro eius est inscriptum antiquis litteris Graecis ZAN KPONOY i. e. Latine Iuppiter Saturni.* non improbabile Ennium carmini didactico immiscuisse vocabula artis graeca, ut et alii fecere Romani.

Protrepticus. cf. v. E. 113 sq.

48. *vidēt;* de finalium in saturis et fabulis quantitate dictum v. E. 240.

Hedyphagetica. cf. v. E. 114 sqq.

Hoc carmine quantum ex Apuleii loco qui adscriptus est licet coniectari continebatur piscium aliorumque eduliorum enumeratio, satis dura illa subinde et sicca. quare siquis id inter primas tempore saturas posuerit, me quidem non habebit adversantem. — atque ipsi numeri asperiores hoc videntur adstruere. — ceterum et hic in vertendo versatum liberrime Ennium Archestrati carminis docent reliquiae.

52. 53. Archestratus apud Athenaeum III, 92 d:

τοὺς μῦς Αἶνος ἔχει μεγάλους, ὄστρεια δ' Ἄβυδος,
τὰς ἄρκτους Πάριον, τοὺς δὲ κτένας ἡ Μυτιλήνη,
πλείστους δ' Ἀμβρακία παρέχει, καὶ ἄπλατα μετ' αὐτῶν . . .

Abydi — Mytilenae; nota adverbiis hisce, ut vv. 55; 60, non locum intra quem, sed prope quem aliquid fiat indicari.

Mytilenaest; cf. v. E. 224. hoc inter tria anapaesti pro dactylo primo loco positi exempla difficillime videtur posse tolli; nam quae temptarunt docti, indigna quae referantur. — an fuit aliquando in usu *Mytlene,* sicut apud Athenaeum, III, 85 e, legitur *μύτλος* pro *mytilus, mutilus?* cf. comm. in ann. 101. — ceterum non ab omni abhorret fide Ennium grammaticorum, qui in illo *Βορέης καὶ Ζέφυρος* aliisque nonnullis exemplis Homericis anapaestum vel proceleusmaticum initio metri pro dactylo adhibitum agnoscere sibi videbantur, ut deinceps in Vergilianis *fluviorum, abietibus,* in hac parte obsecutum placitis, quamquam alioqui, qua

erat ingenii elegantia, eorum nugae ei minime fuere fraudi. — at qui existimant ab Ennio pro dactylo vel spondeo admissum trochaeum, qui plane debebat esse alienus a gravitate Romana, non sunt digni quibus respondeatur. — illud *Ambraciai* iam apud Bergkium pg. 292 invenitur propositum, incertum ab ipso an ab aliis, sed ut improbetur.

54. *Brundisio;* ablativus originis; cf. comm. in Lucil. l. inc. 23.

56. Archestr. ap. Ath. VII, 301 e:

τὸν δ' ἕλοπ' ἔσθε μάλιστα Συρακούσαις ἔνι κλειναῖς,
τόν γε κρατιστεύοντα.

57. *quid scaru'?* frequens Graecis elocutio. adfert Bergkius pg. 294 Platonis Gorgiae 502 B: *τί δὲ ἡ σεμνὴ αὕτη τραγῳδίας ποίησις; — cerebrum Iovi' paene supremi;* notum est praestantissima quaeque Iovis nomine dicta. unde Euripides caseum optimum vocavit *Διὸς γάλα.* et Persae epulas opiparas *Διὸς καὶ βασιλέως ἐγκέφαλον* autumabant. — potest etiam memorari, quod Lucilius herbas suaves ad edendum Iovem ipsum sevisse praedicat.

60. *pōlypŭs;* sic et Lucilius omnesque deinceps poetae. ita et *Pōlydamas;* utrumque ex Doriensium more. — *Corcyraest;* sic ego scripsi Bergkio obsecutus. ceterum si recte existimavit Kruegerus ante h. v. quaedam excidisse, apparet etiam verbum potuisse hauriri simul cum epitheto polypi. — quod legit C *pinguis* pro *pinguia,* ap. Appul. cap. XXXIV hodie fertur etiam genere neutro illud *calvaria.* — quos idem memorat scribere: *calvaria pinguia, acharnae,* ut piscis id sit nomen, quod etiam apud Lucilium invenitur, hoc recepto minus concinna erit oratio. — cet. conf. Arch. ibid. VII, 318 f:

πούλυποι ἔν τε Θάσῳ καὶ Καρίᾳ εἰσὶν ἄριστοι,
καὶ Κέρκυρα τρέφει μεγάλους πολλούς τε τὸ πλῆθος.

Sota. cf. v. E. 116.

63. *rhetōrica;* ut *Hectōris. — tongent;* cf. v. E. 206.

64. *ibant — viere;* cf. comm. in ann. 585. — *malaci;* i. e. *molles;* ita et Plautus. — *viere, iungere. veneriam corollam;* Luc. IV, 1113; 1204 *Veneris compages* dixit. et multa talia apud multos.

65. potuit servari illud *ictus;* sed melius Lachmannus propter arcanam rationem musicam.

Epigrammata. cf. v. E. 116 sq.

69. *dacrumis decoret.* etsi diu multumque dubitavi, num conveniret Ennii elegantiae illud *dacruma*, admittendum tamen duxi ut in titulo sepulcrali, quo potuit antiquitatis fucus quidam, alioquin a poetae ingenio abhorrens multum, servari.

70. *opis* pro *operae*, ut saepius apud antiquissimos. ceterum hic ut propter ann. 129 emendationem valde laudandus Vahlenus. atque utinam multa tali modo gessisset, ut tanta nobis suppeteret materia ornandi eum quanta nunc carpendi! — *reddere pretium; pretium* vox media. — ita Sulla gloriari solebat neminem melius se vel amicis vel inimicis meritorum reddidisse pretium; cf. et Eurip. Med. 807—10.

72. *factis* ablativus, ut puto, non dativus, ut supplendum sit *me*, non *meis*.

74. *caeli — porta;* Homerus *πύλας οὐρανοῦ, πύλας Οὐλύμποιο.*

Inc. libr. rel.

75 sq. de Arimaspis agi notat O. Mueller; cf. Herodot. IV, 13. — *coclites;* rectius Serv. ad aen. VIII, 649 *Cyclopas coclites legimus dictos.*

78. *pascit;* non puto dictum pro *pascitur*, sed omissum subiectum.

82. *argumentum;* hoc vocab. etiam a Phaedro subinde apologos designari Aesopo notum.

84—87. cf. v. E. 267.

X. cf. v. E. 251.

III. Fabulae.

I. TRAGOEDIAE.

Non est improbabile Ennium, qua fuit fecunditate venae, etiam plures scripsisse fabulas quam quarum tituli memorantur. neque magis hercule mirum, quod quaedam a scriptoribus silentio praeteritae, cum aliarum non amplius semel bisve facta sit mentio. hinc apparet quam sit lubricum saepe, ea quae non addito fabulae

nomine memorantur ad suas revocare sedes. et augetur difficultas ea re, quod haud dubie in multis tragoediis Ennii perinde ut Graecorum, quos imitando expressit, multi loci fuerunt similes inter se admodum sive argumento seu colore, quodque constat inter omnes libere satis tragicos latinos in vertendis Graecorum exemplaribus versatos. quod quidem vel maxime apparet collata Medea Ennii, quam ad verbum expressam dicit e fabula Graeca Cicero, cum Euripidea.

rarissime autem contaminatione videri usos eosdem v. E. 93 monui.

iam ne nimis accresceret operis moles, in argumentis tractandis satis visum est quam brevissime persequi singularum fabularum summam et versuum singulorum significationem. haec cui non suffecerint, eum vero oportebit adire vastos Ribbeckii commentarios de tragoedia latina. is enim ex Ennii, Pacuvii, Accii carminibus non modo quae tulit aetas, sed quae pridem periere, illustrare conatus est et explicare. qualia nos ab hoc libro seclusimus, partim propter virium tenuitatem, partim quod persuasum erat maiore multo cum spe fructus restare alia multa ex antiquitatis disciplinis tractanda.

in Aeschyli tragoediis citandis Hermannianae numeris editionis usi sumus, in reliquis exemplarium Nauckianorum.

I. Alexander.

Graeca *Εὐριπίδου Ἀλέξανδρος.* argumentum habes apud Hyginum fab. 91.

Priamus rex, cum uxor gravida visa sibi esset facem parere, coniectorum monitu infantem quem edidit illa interficiendum tradidit satellitibus. qui misericordia ducti exposuerunt. atque ita is susceptus a pastoribus est et Paris dictus, ac mox virtutis operibus cum inclaruisset mutato nomine Alexander. aliquando cum vellet Priamus ludicra edere in memoriam filii mortui, ut putabat, Paris ut taurum sibi ereptum et praemium victori propositum recuperaret, et ipse in certamen descendit vicitque omnes, etiam fratres. ex quibus unus cum gladio ei minitaretur, ad aram confugit Iovis Hercei. agnitusque sive Cassandrae opera sive alio casu filius Priami et in regiam receptus frustra adversante Cassandra.

I. pars prologi, cuius et initio et fini desunt complura. — Cassandrae nullo pacto posse adscribi ut primi docent versus ita 19 sqq.; nam illa post agnitum demum Parim furore divinitus iniecto de futuro per fratrem Troiae exitio fit certior. — itaque Veneri, patronae Paridis, haud improbabiliter tribuit Ribbeckius.

1. 2. cf. Hygin. l. m. *uxor eius praegnans in quiete vidit se facem ardentem parere.* — notum autem Lactantium et Hygino usum et Servio.

2. 3. *quo fato somnio;* ablat. absolut.

3 sqq. *mentis metu perculsus curis saucius superantibus, sic sacrificabat hostiis balantibus.* — *curis saucius sup.,* ut v. 259 *Medea — amore saevo saucia;* Vergil. aen. IV *at regina gravi iandudum saucia cura.* — *superare* autem significationem habet apertam. Ennius: *ast animis superant;* Lucretius: *ignis enim superat.* — *sic sacrificabat;* ita scripsi pro eo quod vulgo legitur *exsacrificabat;* cuius verbi ad me nulla pervenit notitia. constat autem post participia haud raro addi πλεοναστικῶς illa *ita, sic, tum, tum vero* alia. Verg. aen. I, 223 sqq. *et iam finis erat cum Iuppiter aethere summo despiciens mare velivolum terrasque iacentes litoraque et latos populos, sic vertice caeli constitit;* Sall. Cat. 61 *sed confecto proelio, tum vero cerneres.* perinde apud Graecos οὕτως vel similia adiciuntur.

6—8. *postulat — ut se edocerent;* ita post praesens historicum 180 sq. *puerumque ut laverent locant in clypeo.* illud tamen audacius quod statim variata constructione sequitur *quo sese vertant.* — *somnium* pro *somniorum;* cf. v. E. 193.

13. descriptio frequentiae ludorum instantium. — post h. v. fortasse inserendus 44, ut verba sint referentis de Paride, qui prius per lasciviam abductum sibi existimet taurum, mox cognita vera causa, ut praemium victoriae ipse recipiat, certantium accedat numero.

16. *volans de caelo cum corona et taeniis;* victoriae deam significari apparet. — et hic v. et qui sequitur petiti ex ῥήσει ἀγγελικῇ. — *c. c. et t.,* ἓν διὰ δυεῖν.

17. *is; Paris.* — *vitulans;* eodem vocabulo Naevius in Lycurgo et Clastidio usus est.

18. haec dicta ad Priamum sciscitantem de prioribus Paridis rebus. — *quapropter;* quod greges eorum tutatus est.

19—43. furore subito incusso Cassandra de Troiae exitio vaticinatur.

20. *ubi illa;* v. quae dicentur ad v. 28. — *virginali' modestia;* difficilis admodum quaestio de dactylo, qui trochaei vice ponitur, ita in duo verba diviso ut prius finiatur trochaeo. cf. v. E. 244. equidem ita iam statuo ut existimem hanc licentiam ferendam in primo pede (cf. vv. 282; 291) et in sexto propter propriam utriusque naturam, quamquam vel nunc aliquando dubito, an indigna sit elegantia Ennii.

21. *mater optumarum multo melior mulier mulierum;* cf. v. E. 268. — genetivus suspensus ab illo *mater;* ib. 208.

23. *fatis;* substantivum.

24 sq. *patris mei, meum factum pudet, optumi viri.* — haec parum aperta. si scripsit ita Ennius, illud *optumi viri* nescio an sit pro vocativo habendum, quo compellentur praesentes; genetivi autem *patris mei* et *meum factum* diverso modo explicandi, ut sit: *pudore patris teneor propter mea facta,* sicut apud Horatium c. II, 1 *eheu, cicatricum et scelerum pudet fratrumque.*

27. cf. v. E. 209.

28. *ádest adest;* nota quae licentius et diverso a dactylicorum prosodia modo habita sunt in tragoediis Ennii, primo fere pede vel post caesuram esse posita; cf. 20; 102; 139; 148; 201; 279; 373; 102. ceterum cum vel in haec accuratius inquirendum existimarem, quaedam doctorum commenta quae ad mitigandos pertinerent numeros, adscribenda duxi locis istis. — etiam synizesis exempla duriora potissimum inveniuntur initio ordinis metrici.

30—33. cf. de his vv. v. E. 245.

35. recte, ut videtur, cum Buechelero Ribbeckius putat a Paride ante detectum genus iudicium latum de forma dearum in monte Ida, id quod tradit Dracontius, auctor sane minime locuples, carminis de raptu Helenae vv. 31 sqq. — itaque non erat, cur reciperetur id quod Hauptio placuit *iudicabit.*

36. *Lacedaemonia mulier Furiarum una;* aen. II, 573 de eadem: *Troiae et patriae communis Erinys.*

40. *contuo;* cf. v. E. 199.

42. *saltu;* cf. comm. in ann. 134.

43. *Pergamum;* ita et alibi Ennius cum Pacuvio.

II. Iphigenia.

Graeca *Εὐριπίδου Ἰφιγένεια ἡ ἐν Αὐλίδι.* liberius tamen Ennius ea usus. ideo Bergkius putat ab eo etiam adhibitam Iphigeniam Sophoclis, sed argumentis usus admodum levibus.

46—49. cf. Eur. 6—8.

50. 51. cf. ibid. 138 sq. *ἀλλ' ἴθ' ἐρέσσων σὸν πόδα, γήρᾳ μηδὲν ὑπείκων.*

52. 53. si recte relata a Cicerone Ennii verba, non possunt haec non intellegi de cantu Gallorum advenientem diem praesagientium. cf. Eur. 156—58. de silentio noctis intempestae ibid. 9 sq. *οὔκουν φθόγγος γ' οὔτ' ὀρνίθων οὔτε θαλάσσης. — plausuque premunt alas;* Plin. nat. hist. X, 21 *diemque venientem nuntiant cantu, ipsum vero cantum plausu laterum.*

54—61. chorus militum. cf. v. E. 79 sq. ibi monitum non inveniri apud antiquiores tragicos latinos similes Graecorum choros, sed induci interdum coetus hominum, qui sive referendo vel monendo vel consulendo sive agendo imitentur subinde chori Graeci partes. ita Ennius in hac fabula, cum Euripides virginum chorum instituisset, militum proposuit catervam de mora obiecta, dum duces consultant de Iphigenia immolanda, querentium. ductum id videtur ex Eur. 814—818. — nimium autem esse Ennium in conferendis inter se opponendisque otio et negotio dictum v. eius 268.

mirificum vero quot turbae excitatae sint metricae in his versibus, quod casu nescio quo in primo eorum et quinto unus pes omissus erat. — atque operae pretium est videre apud Ribbeckium praef. pg. XXVII, quo pacto Buechelerus priores quinque versus huius loci discerpserit in frustula partim trochaica, partim iambica, sed utique miserrima. quae vel Ribbeckio, homini, ut notum, minime circa metricam difficili ac fastidioso, movere bilem. similis autem socordiae centum facili negotio invenias exempla in eis, quibus tragicorum comicorumque Latinorum reliquias temptavit Buechelerus. — qui utique aliquanto meliora potuit his studiis praestare, nisi fortunae nimio excaecatus favore semper maluisset libellos edere quam libros eisque qui magna essent aggressi obloqui potius quam ipse aliquid magnae rei moliri.

55—58. *negotioso — in negotio; otioso in otio;* antiqua abundantia orationis; cf. comm. in 398.

57. *studēt;* cf. v. E. 240.

59. *em;* cf. Ribbeck de particulis latinis pg. 29 sqq.

61. *praeter propter* divisis partibus efferendum h. l. docet ratio musica. — cf. de hoc vocabulo v. E. 207. — cum idem fere sit atque *praeterea* vel *seorsum,* apparet milites dicere vitam a se agi, quae aliena sit a vita. — ceterum in codicibus est *vitam;* quod quomodo defendi possit, non video. nam adverbium esse *praeter propter* manifesto declarat Gellius.

62 sq. *animus aeger semper errat, neque pati neque perpetrare potest . . . . cupere numquam desinit;* haec propter similitudinem quandam sententiae iuncta cum eis quae praecedunt. verum ex qua fabula sint petita et quo pertineant, prorsus est incertum. — quae desunt ita ferme videntur supplenda: *neque pati neque perpetrare potis est quod cupit, sed idem cupere numquam desinit.* — *pati* de re bona dictum etiam apud Plautum invenitur; atque ita apud Ennium *contingere* de mala.

64—66. cf. Eur. 384: *εἶτ' ἐγὼ δίκην δῶ σῶν κακῶν, ὁ μὴ σφαλείς;* item 396 sqq. *τἀμὰ δ' οὐκ ἀποκτενῶ 'γὼ τέκνα· κοὐ τὸ σὸν μὲν εὖ παρὰ δίκην ἔσται, κακίστης εὐνιδος τιμωρία, ἐμὲ δὲ συντήξουσι νύκτες ἡμέραι τε δακρύοις, ἄνομα δρῶντα κοὐ δίκαια παῖδας οὓς ἐγεινάμην.*

67—69. cum apud Euripidem iurgia quaedam Menelai et Agamemnonis referantur versibus 327 sqq., Ennius quem haec multo longius exsecutum esse testatur Cicero, videtur ita rem instituisse, ut causis demum et rationibus redditis utrimque controversiarum faceret fratres sensim exardescentes ad iurgia gravissima et convicia.

67. *id meis rebus regimen restitat!* i. e. *tantillum imperii* (sive *auctoritatis) mihi est relictum!*

70. 71. liberius haec expressa ex Eur. 446—50.

71. nescio an sit melius scribi *lacrumare plebi honeste, regi non licet.*

72. 73. cf. Eur. 633 sq.

74—76. cf. Eur. 956—58. — Ennius autem secutus morem suum libero ingressu invehitur in vates; cf. v. E. 72—76. — *quod pro pedibust nemo spectat: caeli scrutantur plagas.* notum ex Pla-

tonis Theaeteto dictum ancillae Thraciae, cum Thales dominus dum sidera observat in puteum decidisset: *ὡς τὰ μὲν ἐν οὐρανῷ προθυμοῖτο εἰδέναι, τὰ δ' ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ παρὰ πόδας λανθάνοι αὐτόν.* — *quod pro pedibust.* aut est satis notum aut esse debet, illud *est* non tum tantum truncari vocali, quando copulae vice fungitur, sed etiam aliter.

77. 78. cf. Eur. 1375 sq.; 1475, 6; 1484 sqq. — 77. *ubi;* cf. comm. in 407. — *mortis thesauri;* Naevius in epigrammate: *Orci — thesauro;* quia *Dis* rex inferorum.

79. *quae nunc sunt abs te viduae et vastae virgines;* verba, ut puto, Clytaemnestrae querentis quod virginum coetus cariturae sint Iphigenia. — *vastae* hic idem quod *orbae.*

III. Telephus.

Graeca *Εὐριπίδου Τήλεφος,* quae vel maxime notabilis fuisse videtur fabula propriis poetae illius et virtutibus et vitiis ideoque multum est arrepta ab Aristophane. — argumentum narrat Hyginus fab. 101.

Telephus rex cum Graecis per errorem in Mysorum terram delatis occurrisset pugna orta Achillis hasta est volneratus. repulsi hostes cum redissent Argos rursusque profecturi essent in Asiam, venit ad eos Telephus, quod vulnus non posse sanari nisi ab eo qui intulisset Apollo responderat. monituque Clytaemnestrae rapuit Orestem puerum, occisurum se simulans, si auxilium sibi negaretur. tum interprete divinae voluntatis Vlixe ferrugine hastae Achillis illita volneri, quo gratiam redderet beneficii, Graecos deduxit ad Troiam.

80–82. notum Euripidem ad movendam misericordiam vulgi finxisse Telephum, quo tuto penetraret ad duces, mendici habitu venisse in castra Graecorum.

81. *mutire;* idem quod *indignationem voce declarare.* — dicit Telephus sibi providentia opus et cautione.

82. verba Telephi ad eum cuius opera insinuari vellet Clytaemnestrae. — post h. v. collocandi videntur 86, 7.

83. *qui illum di deaeque magno mactassint malo;* Telephum nondum agnitum tangi coll. Eurip. frg. 718 *κακῶς ὄλοιτ' οὖν· ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι* statuit Ribbeckius. — *qui* pro *utinam;* cf. comm. in Luc. pg. 199; 216.

84. in diversas partes eunt Argivi, dum alii Telephi agniti precibus concedendum, alii adversandum existimant.

85. de Telepho agi apertum, non tamen ut Calchanti conveniant haec verba, qui, ut vates, vix potuit dubitare num divinitus esset missus Telephus, sed Agamemnoni potius vel Vlixi.

86. 87. verba Telephi videntur Ribbeckio, invitati ut relinqueret aram quo se cum Oreste proripuerat, minitatus se puerum obtruncaturum, si sibi vis inferretur, poscentisque ut promissa de auxilio ferendo coram Clytaemnaestra repeterentur. quae tamen vana esse facile apparet. nam aliud *coram,* aliud *apud.* — etiam *profitendi* et *proloquendi* vocabula mirifice dicta loco *promittendi.* — videtur potius is, quem rogaverat Telephus, cum servili etiam tum lateret veste, ut pro se Clytaemnestram adiret eiusque patrocinium apud Agamemnonem invocaret, respondisse illam tam miraculosae narrationi fidem non habituram, nisi rex apud eam ipse id promeret. — tali pacto suspicio possit oriri illud *mihi* falsum et scribendum: *adversum illam inibi,* i. e. *mox.* — quodsi *mihi* recte habet, *ipsum* ad *hoc* erit referendum, id quod minus placet.

congressum autem deinceps Telephum cum Clytaemnestra satis constat, quam hoc modo compellat (frgm. 702):

ἄνασσα πράγους τοῦδε καὶ βουλεύματος.

prōfiteri; cf. d. r. m. 362 sqq.

88 sq. his miserias bellorum deplorari adversus eum qui ea laudibus prosequeretur manifestum. relicua incerta.

ceterum versum incerti tragici: *quod nisi quieris, Menelae, hac dextra occides* non potuisse habere locum in altercatione Agamemnonis et Menelai de venia Telepho danda vel neganda Senecae, qui affert, epist. 80 accuratius consideranti facile apparebit. — nec minus mirifice Ribbeckius fab. 390—92 et 427 refert ad Telephum viam Graecis monstrantem. et de hoc quidem loco non est operae refellere eius opinionem. quantum ad illum, plane non intellecta verba Ciceronis, qui de eis agit, quae sine proprio negotio vel impendio possis gratificari alteri.

IV. V. VI. Achilles Aristarchi. Achilles. Hectoris lutra.

his fabulis totum fere Iliadis argumentum videri tractatum v. E. 90 sq. dictum est. — quae de Achille utroque apud Ribbeckium pg. 112—118 proponuntur, merae tenebrae.

IV. V. Achilles Aristarchi. Achilles.

Duo quin fuerint Achilles Ennii non potest dubitari. nec enim aliter ullo pacto uni ex his fabulis adscriptum esset illud *Aristarchi*. nam quod fuit qui coniceret additum poetae Graeci nomen ut a Livii Achille distingueretur Ennianus falsum esse vel inde colligitur, quod et a Festo memoratur Ennius Achille Aristarchi et Plautus multo aptius utique apertiusque significaturus fuit fabulam, si latini auctoris et non graeci addidisset nomen. — ac satis est probabile ab ipso Ennio Aristarchi nomen adiectum, ideo nimirum quod posteriore tempore esset versa quam cognominis altera.

iam cum certo constat Achille Aristarchi et iram Achillis fuisse relatam et pugnas quae eam sunt consecutae, non potuit non deduci argumenti filum usque ad finem prioris cladis Graecorum, qua primum intellectum est, quid obesset eis Achillis secessio.

quod cum ita sit cumque tragoedia, quae solo Achillis nomine inscribitur, haud dubie tractetur, id quod Welckerus primus intellexit, argumentum libri Iliadis IX, quo conatus reconciliandi Achillis referuntur, denique sit probabile non omnes auctores, qui usi sunt Achille Aristarchi, eadem qua Plautum et Festum usos cura addidisse poetae Graeci nomen, ego non dubitavi adscripto fabulae illi frgm. V, quod a Nonio Achilli tribuitur, ita argumentum utriusque definire carminis, ut Achille Aristarchi priores libros VIII Iliados tractari statuerem, Achille librum IX.

itaque Achille utroque cum Hectoris lutris tota Ilias continebatur praeter l. X, quem propriis poetae Graeci complures persecuti sunt fabulis.

alienus autem plane ab arte et via Iahnius Hermae III, 191 sqq., quod Aristarchi versum quendam frequentia testium celebratum, sed fabulae incertae praeter primum verbum inmutatum Chaerephon recepit in Thersiten, conclusit etiam in Achille illius factam esse mentionem Thersitae interfecti. qui quidem prorsus videtur ignorasse quam saepe poetae veteres usi sint priorum notis exemplis etiam in rebus longe diversis, praesertim ubi non factum aliquod, sed sententia eis continetur. cf. et Gell. XIII, 19.

89—91. cum haud dubie ex initio fabulae petita sint haec a Plauto, apparet respici eam contionem, quam Achillen post pestilentiam novem dierum convocasse refert Homerus Il. I, 54 sqq. — illud non satis certum utrum Agamemnonis an Achillis sit v. 89. melius tamen illud *imperator* accipi de illo.

92. ex *Thetis* primum factum *Tetis*, inde odio bis positae *t Tedis* atque ex hoc *Telis* putat Bergkius 333 sq.

93. cf. Il. II, 442 sqq. — cur Ennio potissimum adscribendum duxerim v. dictum est vitae eius pg. 209.

94. *prolato aere astitit.* multi loci sunt Iliadis, quibus haec verba conveniant; veluti VII, 219, ubi de Aiace ad pugnam cum Hectore produnte scriptum: *Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε φέρων σάκος ἠύτε πύργον.* cf. ib. 224. — v. autem 94 et 95, ut multa in his fabulis, ex *ἀγγελικῇ ῥήσει.*

96. 97. verba Agamemnonis qui contione post cladem advocata dicit, se soluturum Troiae obsidionem, quod sciret Graecos iam pertaesos belli longi et infausti, eisque ipsos duces tacite concedere. — cf. Il. IX, 17 sqq.; quae petita sunt ex II, 110—141.

98—102. verba Vlixis vel Phoenicis (cf. comm. in 101, 2) hortantis Achillem, ut iram in Agamemnonem abdicet.

98. 99. *per ego deum sublimas subices, umidas, unde oritur imber sonitu saevo et spiritu.* — per caeli templa orator videtur testari Achillem, ut se in Troianos instantes proripiat.

100. cf. Il. IX, 250, 1.

101. 2. sane haec Phoenici magis conveniunt. cf. Il. IX, 496—526; 597—605.

104—107. bene conferuntur a Ribbeckio Il. IX, 312 sq. *ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀίδαο πύλῃσιν, ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ εἴπῃ.*

108. 9. verba possunt esse vel Phoenicis vel alius ex legatis post primum Achillis responsum (vv. 308—429) monentis Vlixem, ne coepta nimis celeriter omittat.

110. *ita magni fluctus eiciebantur;* haec quo pertineant et utrum huic Achilli an priori sint adscribenda an gravior lateat error scholiastae, plane in incerto.

VI. Hectoris lutra.

haec inscriptio adstruitur titulo Hygini fab. 106 nec minus Nonii codicum testimoniis sat multis quibus est scriptum *Hectoris*

lytris (vel *litris*). inde orta illa *lystra, listra* nec non ap. Diomedem, pgg. 336; 382, *lustra.* primus autem id quod est verum restituit Bergkius.

tractatum hac fabula Iliadis argumentum a l. XI usque ad XXIV, recisis nimirum plerisque, ne iusto longior fieret enarratio.

scripserant Ἕκτορος λύτρα Aeschylus, Dionysius, Timesitheus. sed nullam ex fabulis horum tanta rerum abundantia luxuriatam probabile est. — videtur autem Ennius ideo longius traxisse argumentum, ut in Hectore mirificas rerum vicissitudines, quales Iliadis ultimi quattuordecim libri demonstrant, exemplo luculentissimo persequeretur.

plane autem a vero est alienum quod ap. Hyginum fab. 106 Hectoris lytris totius Iliadis continetur narratio. mitto titulum ineptum argumento tali. sed quis credet ullum poetam dignum hoc nomine materiam tam vastam unius complexum fabulae finibus? — itaque apparet per errorem librariorum duas vel tres fabulas conflatas in unam.

111 sq. cf. Il. XI, 1—12; 56—66.

112. *castrisque castras ultro iam inferre occupat. castras;* cf. v. E. 195. — *inferre;* hic sua destituit felicitas Vossium, qui coniecit scribendum *conferre.* nam cum omnes intellexerint respici Iliadis l. XI initium illudque *occupat* idem significet quod *φθάνει,* quid sibi vult, Hectorem priorem conferre castra? id ut puto non ante pugnam ineundam sed post commissam feliciter solet fieri. praeterea post victoriam prioris diei primum castra posuerant prope Graecos Troiani, qui alias noctu in urbem redire solebant. — itaque apparet ab omni parte ineptum illud *conferre.* — *castras — inferre;* nota illa *inferre bellum, arma;* cf. et Manil. IV, 661, ubi de Hannibale dictum: *Libyen Italas infudit in urbes.*

113. *nos quiescere aequumst? nomus ambo Vlixem.* verba sunt Menelai ad Aiacem, hortantis ut opem ferant Vlixi, qui non soleat frustra auxilium invocare. cf. Il. XI, 461—479. — *nomus;* cf. v. E. 200.

114. *quis enim non est vulneratus ferro Phrygio?* apparet segniter obsecutum Menelao Aiacem et Vlixem ab eo increpitum, quod suorum auxilium implorasset. qui purgandi sui causa respondit multos Graecorum, etiam Agamemnonem et Diomedem, esse vulneratos. — ceterum mirum quantum turbarum motum est ea re, quod apud scholiastam Ciceronis ineptissime traditur *ad Achillem,* quod nomen ex praecedentibus est interpolatum.

115—126. cf. Il. XI 804—848.

115. *Patricoles;* cf. Fronto ep. ad M. Caes. I, 7 (pg. 19 ed. Nab.) *quorum arma et tela gestata sunt a Patricole et Philocteta.*

116. *peto, priu' quam oppeto malam pestem mandatam hostili manu.* ita codices; sed ab Ennio in quarto versus pede correptum illud *malam* difficile potest credi. tamen dubium utrum scribendum sit, quod Bentleio placuit, *malam pestem datam,* an quod mihi in mentem venit *male pestem mandatam.*

119—20. *namque — accedi.* liberius haec ficta; cf. Il. l. m. 833—36.

126. *nostram acrem aciem inclinatam dedit;* cf. comm. in ann. 284. 85.

127. *Hector, qui haud cessat obsidionem obducere;* cf. Il. XII, 35 sqq.; 88 sqq.; 127 sqq. al.

128. *vi patefecerunt Bruges; portas castrorum;* ibid. XII, 442 sqq.

129. *qui cupiant dare arma Achilli, ut cunctent?* verba Myrmidonum pugnam cum Patroclo inire cupientium. cf. Il. XVI, 155 sqq.; 211 sqq.

VIII. IX. cf. Il. XVI, 148—51.

131. *infrenari — vix quitur;* v. E. 209.

134 sq. verba Achillis; cf. Il. XVI, 233 sqq.

135. *ted;* vide v. E. 198 sq.

XI. XII. *ῥῆσις ἀγγελική.* haec ad pugnas Myrmidonum Patroclo duce et Troianorum a nobis relata; quamquam etiam alibi eis potuit esse locus.

137. *terra sudat sanguine;* cf. Il. VIII, 65 *ῥέε δ' αἵματι γαῖα.* et ita saepius. aen. II, 582 *Dardanium toties sudarit sanguine litus?*

138 sq. possunt haec pertinere ad Achillem clamoribus militum et Iridis verbis excitatum, cum Troiani potituri esse viderentur Patrocli corpore; cf. Il. XVIII, 148—169.

140. verba, ut putat Ribbeckius, Achillis gloriantis post arma a matre adlata iam se Troianis par pari redditurum. — *e manu,* pro *eminus.*

141 sq. apparet post illud *derepente* hausta quaedam. et Ennii

quidem verba possunt videri integra. sed comici nescio cuius intercidit nomen; nam *conferre se in pedes* est comica elocutio. Ter. Phorm. I, 4, 13 *atque hinc me protinam conicerem in pedes;* conf. eun. V, 2, 5 sq. *ubi vidi, ego me in pedes quantum queo in angiportum quoddam desertum.* — Enniana ad Hectorem Apollinis opera servatum pertinere probabile; cf. Il. XX, 443 sqq.; Lucil. VI, 26 quaeque adscripta sunt ad h: l. pg. 217.

143. verba eius qui videret Scamandrum turbine per Iunonem emisso coactum sistere impetum in Achillem; cf. Il. XXI, 334—345; v. E. 265 sq.

144. 45. verba Priami rogantis excubias, ut in castra Achillis admittatur. Mercurii opera sopitos narrat Homerus.

146. 47. eiusdem Priami, ut videtur, oratio monentis Achillem, ut iure potius quam vi se duci patiatur in precibus senis aestimandis. ceterum cf. v. E. 267.

148. haec ab Achille dicta excusante, quod precibus Priami concessisset; cf. Il. XXIV, 591 sqq. — vulgo hic versus Accio adscribitur; sed v. v. E. 197.

149. *inferum vastos specus;* ad Patrocli vel Hectoris manes haec spectare manifestum; cf. Il. XXIII, 74, ubi queritur Patroclus, quod erret insepultus *ἀν' εὐρυπυλὲς Ἄιδος δῶ.*

VII. Aiax.

non satis constat, quatenus Sophoclis Aiacem secutus sit Ennius. ceterum ante de eodem fabulam scripserat Livius.

150. *qui rem cum Achivis gesserunt statim.* apparet hic *rem gerere* dictum pro eo quod est *bellum gerere* et tangi Troianos, qui per decem annos Graecis restiterunt. similiter dici *rem cum aliquo habere* vel *transigere* notum. — ceterum his finis continetur iambici trimetri, non, ut Ribbeckio placuit, initium. quis enim credet Nonium tanta fuisse peritia metricae antiquissimae Latinae, ut quinto versus loco spondeum potius quam iambum adeoque eum qui vocabulo constaret disyllabo convenire haberet cognitum? — quid quod idem in illis: *patrio exemplo et me dicabo atque animam devoro hostibus* verbum *devoro* duxit a *devorando!* — praeterea ex quinque, quae adfert, productae prioris in *statim* exemplis in uno tantum habetur *a* haud dubie longa. quid autem mira incuria

talis in homine qui *mĕrere* confundit et *mērere* quique *vāfrum* dictum putat quasi *valde āfrum?* — cet. cf. etiam Ritschel. op. IV, 273 sqq.

151. *lumen! iubarne in caelo cerno?* haec cum Ribbeckio ita possunt explicari, ut Aiax existimetur excitatus ex insania interrogasse num lumen, quod videret, esset Luciferi.

152. *animam misso sangui tepido tullii efflantes vomunt;* cf. Sophocl. Ai. 1411 sqq. *ἔτι γὰρ θερμαὶ σύριγγες ἄνω φυσῶσι μέλαν μένος.* — *efflantes,* transitivum. — *vomunt;* cf. aen. IX, 347 *purpuream vomit ille animam.*

VIII. Andromacha aechmalotis.

Andromacha aechmalotis sive quam Ribbeckius ex Nonii librorum corruptelis quibusdam elicere sibi visus est *aecimalotis,* quae plerumque uno nomine vocatur *Andromachae,* quin ad Euripidis exemplum sit composita, non potest dubitari propter Varronis de l. lat. VII, 82 testimonium. — neque tamen constat unde sit ducta, quamquam quaedam ex Troadum et Hecubae fabulis repetita ab Ennio non est improbabile.

Astyanactis caedes a Graecis, ne ulcisceretur patrem, efflagitata continebatur carmine; cui adnexam Ribbeckius conicit mentionem de immolatione Polyxenae; quae tamen cum parum ad Andromachen pertineat, vix puto eum recte statuisse.

I—IV. prologus, quo Andromache queritur de rebus suis.

153 sq. Graecos, qui per decem annos Troiae muris adsederint, apparet significari. — illud tamen dubium, an melius hi vv. tribuantur ei, qui dum certiorem facit Andromacham de Astyanactis interficiendi necessitate ad excusandum facinus addit non aliter fore tuta praemia victoriae per tot tam longinqui temporis labores partae. — cf. comment. in 160a; 183.

155. cf. 301, 2.

156. *vidi, videre quod me passa aegerrime.* non videbatur a probabilitate alienum omissum esse ab Ennio illud *sum;* cf. v. eius 211. — sunt tamen, qui putent non esse pronomen *quod,* sed coniunctionem et tollendum comma utrumque ex h. v.

157. 58. *Hectōrem — Hectōris;* cf. v. E. 196 sq. — *quadri-*

iugo; pronuntiandum *quadriugo.* — *raptarier* — *iactarier;* cf. v. E. 249 sq.

159. *illum* — *diem;* quo Hector occisus est.

160 a. verba ducis Graeci — Vlixem putat Ribbeckius — de Andromache pertinacissime obstante, ne tradatur hostibus Astyanax.

160 b. *Hecuba, hoc dolet, pudet, piget.* si sint haec v. Ennii (quae quidem pessime Bergkius pg. 378 conflata dicit memoriae errore a Quintiliano ex 24—26) vocabulum iambicum paenultimo loco positum, ut in clausula, nihil videtur habere offensionis.

161 sq. de Hecuba haec dicta. — *sed quasi aut ferrum aut lapis;* illud duplex *aut* et codicum potiore auctoritate adseritur et, quod gravius est, arcana ratione musica.

163—176. querelae Andromachae post ereptum filium. — sane illa *quove nunc auxilio exili aut fugae freta sim* videri possunt tali pacto minus apte dicta; sed ea gravius affecta iam in apparatu critico est monitum.

165. *arce et urbe orba sum.* Caecilius, contubernalis Ennii: *qui quasi ad hostes captus liber servio salva urbe atque arce.* — *quo applicem?* etiam a Vergilio saepius omissum pronomen reflexivum.

166. *nec* pro *non.*

168. *abiete;* sequebatur nimirum verbum a vocali incipiens; cf. v. E. 226 sq.

169—176. cf. aen. II, 501—5.

173 sq. *auro ebore instructam regifice. haec omnia videi inflammari.* etiamsi hiatus v. prioris in exitu possit excusari enuntiati fine, tamen cum codices meliores habeant *regificem*, videtur ab Ennio venisse:

auro ebore instructam regifice. en,
haec o. v. i.

ita apud Accium:

o dirumque hostificumque diem, o
vim torvam adspecti atque horribilem;

idem alibi:

sed iam Amphilochum huc vadere cerno et
nobis danitur pausa loquendi. —

regifice; aen. VI *regifico luxu.*

174—76. *inflammarei* — *evitarei* — *turparei;* cf. v. E. 249 sq.

177—79. potuere haec esse verba eiusdem Andromachae, mortem exoptantis.

180 sq. *ῥῆσις ἀγγελική.*

180. *puerum; Astyanactem.* — *in clipeo, Hectoris;* cf. Eur. Troad. 1136 sqq.; 1193 sqq.

182. tumultum in castris Graecorum ortum, cum alii Polyxenam immolandam in tumulo Achillis deposcerent, Agamemnon ut gratificaretur Cassandrae sorori eam vellet servare, refert Euripides Hec. 116 sqq. — fortasse igitur simile quoddam in Andromacha de ducum militumque variis studiis in caede Astyanactis sive efflagitanda sive recusanda finxerat Ennius.

183. verba Vlixis, ut putat Ribbeckius, animos Andromachae, cui de necessitate mactandi Astyanactis nuntiaturus erat, mitigantis. cf. Eur. Hec. 299 sqq. — quae si vera est opinio, versus collocandus post 159.

184 sq. *rapit ex alto navis velivolas.* haec quo pertineant, parum constat. vix enim huc trahi potest quod ap. Euripidem Troadum initio Neptunus et Minerva praesagiunt, fore ut classis Graecorum in reditu tempestate affligatur. Ovidius autem metam. XIII, 439 sqq. refert classem Graecorum retentam tempestate, ac deinde Polyxenam immolatam Achilli. cf. et Daret. 43. simile igitur si fictum sit de Astyanacte, assentiendum Ribbeckio, qui subiecti loco intellegendum putat *Neptunum* vel *tempestatem.* cf. de tragoed. lat. 140.

difficile tamen est iudicium ferre de verbis supra appositis et a Macrobio Servioque haud dubie ex eodem fonte ductis, quia ea, ut omissum subiectum adeoque metrum elumbe monstrant, liberius videntur esse immutata.

IX. Hecuba.

Graeca *Εὐριπίδου Ἑκάβη.*

186. *undantem salum;* Polydori umbrae haec; cf. Eur. 26.

II. ib. 3.

187. ib. 68, ubi Hecuba verba facit.

188. eiusdem querela, quod audisset ab Vlixe, Graecos non satiatos Astyanactis caede poscere ut Polyxena mactaretur Achillis manibus.

189—91. eiusdem preces ad Vlixem, ut opibus suis ac potentia Graecos a facinore novo avertat. cf. Eur. 293—95.

192. ib. 391.

193 sq. ib. 385—7; 505 sq.

195 sq. *senex sum. utinam mortem oppetam, priu' quam evenat.* Talthybii verba; ib. 497 sq. — ceterum nusquam alibi apud Ennium secundus pes trimetri aut anapaestico efficitur vocabulo aut spondiaco. itaque fraudis gravissima oritur suspicio. Ribbeckius sane apud Pacuvium tetrametrum trochaicum concoxit vel talem:

mater est terra: ea parit corpus, animam, aether adiugat.

idem apud Accium sapphicum hendecasyllabum detexit huiusmodi (l. de trag. lat. pg. 390):

mystica ad dextram vada praetĕrvecti. —

evenat; cf. v. E. 199.

197. confert Muretus Eur. 627 sq. *κεῖνος ὀλβιώτατος, ὅτῳ κατ' ἦμαρ τυγχάνει μηδὲν κακόν.* — ex oratione haec sunt Hecubae.

198 sq. *set numquam scripstis, qui parentem aut hospitem necasset, quos quis cruciatus perbiteret.* cf. Eur. 802—5. — differt tamen multum ab hoc Ennius; quem apparet facere Hecubam legum latores incusantem, quod cum cetera malefacta poenis statutis vindicentur, omnium gravissima parricidium et hospitum proditionem non sint ulti. notum Solonis legibus non fuisse cautum de parricidio. — itaque haec verba tum prolata ab Hecuba existimo, cum audita Polydori morte de poena digna facinoris ambigeret. cf. Hec. 714—720. — de verborum collocatione liberiore dictum v. E. 210.

200. Hecubae haec (ut et sequentia); cf. Eur. 760.

201. ib. 829 sq.

202. *palmis, crinibus;* ib. 836 sq. *εἴ μοι γένοιτο φθόγγος ἐν βραχίοισι καὶ χερσὶ καὶ κόμαισι καὶ ποδῶν βάσει.* — praeterea v. v. E. 238 sq.

203. haec post caedem Polymestoris dicta.

X. Telamo.

Argumentum huius fabulae fuit Teucer post reditum Troia eversa non receptus a patre, quod Aiacis fratris mortem segniter esset ultus vel adeo inimicis eius se sociasset.

204—6. magnifica haec verba prolata a Telamone post acceptum nuntium falsum de utriusque filii obitu.

204. pro *ei rei,* Seneca *huic rei* interpolatione manifesta, quia tum temporis *ei* dativus non iam per unam efferebatur syllabam.

205. *ob Troiam* Bergkius 373 vult scribi, quod in Frontonis cd. sit *ob terrae orbem.* quod apparet non posse recipi, nisi reposueris: *ad defendendam Graeciam.*

207. dicta haec de Hesiona Teucrum filium, quem credebat extinctum, lugente.

208—210. Telamonis, qui orbum se putaret, querelae de deorum adversus bonos et malos aequitate.

211—215. cf. de hoc loco v. E. 72. nimirum Telamo ab eis, quae ante dixerat, profectus caerimonias omnes inutiles solaque sacerdotum fraude (etenim hi intelleguntur vatum nomine) religiones ortas contendit.

214. 15. *drachumam;* cf. v. E. 217.

217. cognito Teucrum unum redisse extincto fratre Telamo init consilium eum exilio multandi. eam necessitatem sibi imponi ait respectu deorum, sed ut pudore teneatur civium, qui factum sint improbaturi. — *d. m. s. f. p.;* afferunt lexica ex Sueton. Claudio 25: *omnes qui exponerentur liberos esse sanxit.* — atque ita dictum more antiquo. Pacuv. Iliona *di me esse adiutam expetunt;* Sall. Catil. *omnes homines qui sese student praestare ceteris animalibus;* Maro I aen. *hoc regnum dea gentibus esse, siqua fata sinant, iam tum tenditque fovetque. — porcet pudor;* Pacuv. *mi gnate, ut verear eloqui porcet pudor.*

VII. VIII. verba eiusdem ad Teucrum.

219. obicitur huic, quod matre ortus sit serva. — *obsidionem* dixit Ennius pro *insidiis.* — *paras* pro *parasti,* quia vis insidiarum Teucri, quas putabat Aiaci structas Telamo, usque ad praesens tempus pertinebat. — cf. v. 302 *accidat;* 350 *ducit.*

220. *eandem in me suspicionem sceleris partivit pater.* queritur Teucer, quod existimet pater Aiacem inimicorum artibus ad mortem adactum seque huius facinoris participem. — cet. cf. Phaedr. III, 8, 13 *dulcemque in ambos caritatem partiens.*

221. 22. per patrem avumque et proavum de innocentia sua videtur testari. — *hoc lumen;* solem significari manifestum.

XI. Eumenides.

Graeca *Αἰσχύλου Εὐμενίδες.*

non fuisse talem qualem in graeca fabula habes in latina chorum Furiarum ex eis quae v. E. 79 sq. dicta sunt apparet.

223 sq. *ego sapere opino esse optumum pro viribus: tacere et fabulari tute noveris;* Orestes ap. Aesch. 273 sqq. *ἐγὼ διδαχθεὶς ἐν κακοῖς ἐπίσταμαι πολλοὺς καθαρμοὺς καὶ λέγειν ὅπου δίκη σιγᾶν θ' ὁμοίως.* — apud Ennium tamen vides his verbis compellatum Orestem ab alia persona, ut puto Minerva. — *optimum pro viribus; pro rerum statu tuarum.*

225. *nisi patrem materno sanguine exanclando ulciscerem;* cf. Aesch. 455 sqq. *ἔκτεινα τὴν τεκοῦσαν, οὐκ ἀρνήσομαι, ἀντικτόνοις ποίναισι φιλτάτου πατρός. καὶ τῶνδε κοινῇ Λοξίας ἐπαίτιος, ἄλγη προφωνῶν ἀντίκεντρα καρδίᾳ, εἰ μή τι τῶνδ' ἔρξαιμι τοὺς ἐπαιτίους.*

226. *id ego aecum ac ius fuisse expedibo atque eloquar.* Apollinis haec verba; cf. Aesch. 648 *καὶ τοῦτο λέξω καὶ μάθ' ὡς ὀρθῶς ἐρᾶ* e. q. s.

227. *edico vicisse Orestem. vos ab hoc facessite.* Minerva 744 *ἀνὴρ ὅδ' ἐκπέφευγεν αἵματος δίκην.*

228. *Areopagitae quod dedere aequom puta;* eadem 783 *ἐμοὶ πίθεσθε μὴ βαρυστόνως φέρειν.* — apud Ennium tamen hic unam Furiarum, quae obloqueretur, compellari apparet.

229—35. cf. Aesch. 889—896. ibi iubentur Eumenides fausta imprecari Atheniensium urbi.

229. *suo non intermittit tempore;* cum Ennium in vertendo toto loco libere admodum versatum appareat, in versu primo ex Ciceronis verbis duxi nihil mutandum. nam potuerunt praecedere velut haec:

aequate terris Atticam opulentissimis,
in quis suo non intermittit tempore

e. q. s. — nec tamen displicet quod Ribbeckius scripsit: *ne suo intermittat tempore.* — 230—32. *frondescere — pubescere — incurvescere;* cf. v. E. 249. — 234. *scatĕre;* ib. 199.

XII. Alcumaeo.

Alcumaeo dicebatur Ennii tempore, ut *Tecumesa;* primus autem de *Tecmesa* tragoediam scripsit Caesar Strabo, amicus Accii. atque

ideo non est improbabile in versu Accii, qui est ap. Non. 280, 4, legendum:

át vereor, cum te ésse Alcmeonis frátrem factis dédicat;

ubi Ritschelius, qui per iambicum octonarium dimetitur, *Alcimeonis.* Hic *e* correptum, ut Attici dixere *Ἀλκμέονα;* et fortasse apud Ennium cum Ribbeckio reponendum: *Alcumeo.*

argumentum autem fabulae Ennianae, ut bene coniectat Welckerus, fuit Alcumaeo post caedem matris a Furiis exagitatus et post varios errores delatus Psophidem ibique a Phegeo rege lustratus et insania liberatus adscitusque gener. cuius filiae quidam Arsinoae, alii Alphesibocae nomen fuisse memorant. — atque haec est illa, cuius auxilium implorat Alcmaeo vv. 243 sqq. — scripserat Euripides *Ἀλκμέονα διὰ Ψωφῖδος* (qua usum Ennium probabile est), item Theodectes *Ἀλκμέονα.*

235. *factumst iam diu;* ad Eriphylae caedem refert Ribbeckius.

236. *multimodis;* cf. v. E. 238 sq. — *morbo, exilio atque inopia.* frequens is usus loquendi apud vetustissimos. Pacuvius Antiopa: *et coma prolixa, impexa, conglomerata atque horrida;* Plaut. trinummo: *advenio ex Seleucia, Macedonia, Asia atque Arabia.* — itaque trimeter a Cicerone de off. II, 4, 13; de nat. d. II, 60, 151 indicatus videtur tali modo esse supplendus:

ferrum aes argentum atque aurum penitus abditum.

239. 40. *quae nemost tam firmo ingenio et tanta confidentia quin refugiat timido sanguen atque exalbescat metu;* anacoluthum; nec enim illud *quae* habet unde sit suspensum. eadem iam apud Homerum, antiquissimum vatem, invenitur figura; cf. od. I, 275 sq. *μητέρα δ', εἴ οἱ θυμὸς ἐφορμᾶται γαμέεσθαι, ἄψ ἴτω ἐς μέγαρον πατρὸς μέγα δυναμένοιο.*

245. *caerulea — angui; caeruleus* pro *fusco, furvo,* ut aen. III, 63 sq. *stant manibus arae caeruleis maestae vittis atraque cupresso;* similia passim alibi. — *anguis* feminine, ut Cic. d. nat. d. I, 36, 101; item cum Varrone Atacino Tibullus et Ovidius.

247 sq. *in me intendit crinitus Apollo arcum auratum;* etiam apud Accium elisio in fine anap. dimetri: *hac ubi curvo litore latratu unda sub undis labunda sonit.*

250. *ne utiquam;* pronuntiandum *nutiquam.*

XIII. Medea exul.

Graeca *Εὐριπίδου Μήδεια.* — cum et altera esset eiusdem Ennii *Medea*, interdum illa dicta *Medea exul* (i. e. *exilii poena adfecta a Creonte*).

Medeae argumentum et Thyestae cur tanto opere placuerit tragicis latinis dictum est v. E. 91.

I. cum ex verbis Ciceronis illud certe colligi possit, accuratius quam in fabulis plerisque hic expressum exemplar graecum, haud alienum a re visum adscribere ubique latinis versibus Euripideos.

251—59. *utinam ne in nemore Pelio securibus caesa accidisset abiegna ad terram trabes, neve inde navis incohandae exordium coepisset, quae nunc nominatur nomine Argo, quia Argivi in ea, delecti viri, vecti petebant pellem inauratam arietis Colchis, imperio regis Peliae, per dolum. nam numquam era errans mea domo ecferret pedem Medea, animo aegra, amore saevo saucia;* cf. Eur. 1 sqq. *εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος Κόλχων ἐς αἶαν κυανέας Ξυμπληγάδας, μηδ' ἐν νάπαισι Πηλίου πεσεῖν ποτε τμηθεῖσα πεύκη, μηδ' ἐρετμῶσαι χέρας ἀνδρῶν ἀριστέων, οἳ τὸ πάγχρυσον δέρας Πελίᾳ μετῆλθον. οὐ γὰρ ἂν δέσποιν' ἐμὴ Μήδεια πύργους γῆς ἔπλευσ' Ἰωλκίας, ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος.*

251. illa *utinam ne in nemore* vel *utinam ne in nemore Pelio* in proverbium abiere, quo uterentur qui veterum alteque haerentium malorum originem vellent indicare primam. — 252. *accidisset — ad terram;* ita in pancratiaste: *ad genua accidit;* cum translatione idem verbum positum fab. 302. — 254 sqq. *quae nunc nominatur nomine Argo, quia Argivi in ea, delecti viri, vecti petebant pellem inauratam arietis;* cf. v. E. 36 not. — *nominatur nomine*, v. comment. in 398.

260 sq. *antiqua erilis fida custos corporis, quid sic te extra aedis exanimata eliminas?* paedagogus apud Euripidem 49 sqq. *παλαιὸν οἴκων κτῆμα δεσποίνης ἐμῆς, τί πρὸς πύλαισι τήνδ' ἄγουσ' ἐρημίαν ἕστηκας αὐτὴ θρεομένη σαυτῇ κακά;*

262 sq. *cupido cepit miseram nunc me proloqui caelo atque terrae Medeai miserias;* Eur. 57 sq. *ὥσθ' ἱμερός μ' ὑπῆλθε γῆ τε κοὐρανῷ λέξαι μολούσῃ δεῦρο Μηδείας τύχας.*

264. *fremitus verborum aucupant;* chorus de Medeae et nutricis querelis 131 sq.:

ἔκλυον φωνάν, ἔκλυον δὲ βοὰν
τᾶς δυστάνου
Κολχίδος.

fremitum autem de nutricis lamentationibus etiam dixit Sen. Hippol. 850.

265 sqq. *quae Corinthi arcem altam habetis, matronae opulentae, optimates! multi suam rem bene gessere et publicam patria procul, multi, qui domi aetatem agerent, propterea sunt inprobati;* Eur. 214 sqq. *Κορίνθιαι γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων, μή μοί τι μέμψησθ'· οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν σεμνοὺς γεγῶτας, τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο, τοὺς δ' ἐν θυραίοις· οἱ δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥᾳθυμίαν.* his verbis cum significetur, Medeam e domo egressam rogare ne id sibi vitio vertatur, cum perinde superbiae crimen possit incurri, sive quis remotus a populo vivat, sive in publico versetur cum fiducia, sive nimis modesto utatur incessu, plerique sunt opinati Ennium lapsum in vertendis verbis Euripidis. mihi tamen aliter videtur, cum existimem Ennium potius hic ut saepe liberius transtulisse Graeca, ut Euripidis nimis contortas implicatasque argutias corrigeret. fecit igitur matronas Corinthias obiectantes Medeae, quod velut exul patriam fugisset eamque hoc crimen purgantem. — *Corinthi arcem altam;* vix multis probabitur, ut puto, quod Bentleius traditam antiquitus scripturam Corinthum tutatus est (comm. in Cic. tusc. I, 44) interpungendo ita: *quae Corinthum, arcem altam, habetis.*

268 sq. *nam ter sub armis malim vitam cernere quam semel modo parere;* Eur. 250 sq. *ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα στῆναι θέλοιμι μᾶλλον ἢ τεκεῖν ἅπαξ.*

270 sq. *utinam ne umquam Mede Colchis cupido c. p. extetulisses.* non extant apud Euripidem haec. nam quae comparat Elmsleius chori verba 431 sq. *σὺ δ' ἐκ μὲν οἴκων πατρίων ἔπλευσας μαινομένᾳ κραδίᾳ* e. q. s. longius recedunt ab Ennianis. — mihi non videtur improbabile antequam Creon veniret, a matronis Corinthiis tale aliquid prolatum. cf. chori illa 268 *πενθεῖν δ' οὔ σε θαυμάζω τύχας.*

271. *extetulisses;* ita alibi Ennio coniectura, sed certa, restitutum illud: *contutudit.* apud Plaut. in aululariā: *ut admemordit hominem;* Varro in magno talento: *detotonderat forcipibus vites arbusti feris.* sic enim fere videntur haec scribenda. Hauptius

contra legem metri: *vitiarium feris.* ita Prisc. 894 memorat *repupugi.* cf. et Neuii gr. lat. II, 470.

272. *animadverte ac dicto pare;* Eur. 271—276.

273. *praeter rogitatum sile;* Eur. 321 *ἀλλ' ἔξιθ' ὡς τάχιστα, μὴ λόγους λέγε.*

274. *si te secundo lumine hic offendero, moriere;* Eur. 352 sqq. *εἴ σ' ἡ 'πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ καὶ παῖδας ἐντὸς τῆσδε τερμόνων χθονός, θανεῖ.*

276 sq. *nequaquam istuc istac ibit: magna adest certatio. nam ut ego illis supplicarem tanta blandiloquentia?* Eur. 365 sq. *ἀλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτα, μὴ δοκεῖτέ πω. ἔτ' εἶσ' ἀγῶνες;* 368, 9 *δοκεῖς γὰρ ἄν με τόνδε θωπεῦσαί ποτε, εἰ μή τι κερδαίνουσαν ἢ τεχνωμένην.* — intellegitur post illud *blandiloquentia* quaedam vel a librariis vel ab ipso Cicerone omissa.

278. etiamsi similis huic versus apud Euripidem non invenitur, tamen egregie convenit menti Medeae ad extrema quaeque paratae. — *res* pro *occasione.*

279—81. *ille traversa mente mi hodie tradidit repagula, quibus ego iram omnem recludam atque illi perniciem dabo, mihi maerores, illi luctum, exitium illi, exilium mihi;* Eur. 371 sq. *ὁ δ' εἰς τοσοῦτον μωρίας ἀφίκετο, ὥστ', ἐξὸν αὐτῷ τἄμ' ἑλεῖν βουλεύματα γῆς ἐκβαλόντι, τήνδ' ἐφῆκεν ἡμέραν μεῖναί μ', ἐν ᾗ τρεῖς τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν νεκροὺς θήσω;* ib. 398, 9 *πικροὺς δ' ἐγώ σφιν καὶ λυγροὺς θήσω γάμους, πικρὸν δὲ κῆδος καὶ φυγὰς ἐμὰς χθονός.*

282. *qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequiquam sapit.* potuerunt haec locum habere in eadem Medeae oratione; cf. 401—409. — inter fragmenta Euripidis fertur hoc: *μισῶ σοφιστήν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.*

283. 84. *quo nunc me vortam? quod iter incipiam ingredi? domum paternamne anne ad Peliae filias?* Eur. 502 sqq. *νῦν ποῖ τράπωμαι; πότερα πρὸς πατρὸς δόμους, οὓς σοὶ προδοῦσα καὶ πάτραν ἀφικόμην; ἢ πρὸς ταλαίνας Πελιάδας;*

285 sq. cf. Eur. 476—482. liberius tamen et haec instituta ab Ennio et ut puto totum colloquium Medeae cum Iasone. atque ipsa figura: *non commemoro, quod* indicabat non ut apud Eur. in initio orationis Medeae verba illa fuisse collocata, sed potius circa finem.

287. *tu me amoris magi' quam honoris servavisti gratia;* Eur. 530 sq. *ὡς Ἔρως σ' ἠνάγκασε τόξοις ἀφύκτοις τοὐμὸν ἐκσῶσαι δέμας.*

288. *ut tibi Titanis Trivia dederit stirpem liberum;* Med. ap. Eur. 714 sq. *οὕτως ἔρως σοι πρὸς θεῶν τελεσφόρος γένοιτο παίδων, καὐτὸς ὄλβιος θάνοις.*

289. *Sol, qui candentem in caelo sublimat facem;* ead. 764 *ὦ Ζεῦ Δίκη τε Ζηνὸς Ἡλίου τε φῶς.*

290 sq. *salvete, o pia pignora! cette manus vestras measque accipite!* Eur. 1069 sq. *δότ', ὦ τέκνα, δότ' ἀσπάσασθαι μητρὶ δεξιὰν χέρα.*

292 sqq. *Iuppiter tuque adeo summe Sol, qui res omnis spicis quique maria terram caelum contines tuo lumine, inspice hoc facinus! priusquam fiat, prohibesseis scelus!* chorus 1251 sqq. *ἰὼ Γᾶ τε καὶ παμφαὴς ἀκτὶς Ἀελίου, κατίδετ' ἴδετε τὰν ὀλομέναν γυναῖκα, πρὶν φοινίαν τέκνοις προσβαλεῖν χέρ' αὐτοκτόνον.*

XIV. Medea.

Cf. de argumento Plut. Thes. cap. 12; schol. in Il. XI, 741. idem Euripidis Aegeo videtur tractatum. nec improbabile est hinc ductum Ennii carmen.

295 sq. verba paedagogi vel amici ad Thesea, qui Troezene Athenas profectus erat, ut a patre agnosceretur. — cet. conf. Electrae Sophocleae initium.

XV. Thyestes.

Thyestes senex fortuna et annis fractus cum redisset in patriam Apollinis oraculo confisus ductusque spe reconciliandi Atrei, per condiciones fallaces illectus est ut pactum iniret cum fratre. tum hic quo veteres iniurias ulcisceretur sive novam fraudem suspicatus apposuit ei liberos epulandos. quod facinus ne sibi esset adspiciendum, a Sole retro conversus cursus equorum. — scripserant plures Graece tragoediam de Thyeste, etiam Euripides.

III. verba Mycenaei cuiusdam sciscitantis quis esset Thyestes.

IV. responsum huius.

302. *accidat;* cf. comm. in 252. — praesens hic ut alibi de re, cuius vis perdurat usque ad hoc tempus. cf. 219.

303. sq. verba ut videtur Thyestis, dubitantis de fratre.

305. *ibi quid agat secum cogitat, curat, parat.* haec potuere esse nuntii referentis ad Atrea de Thyeste, quem ille fortasse agnitum suspectabat. — *cogitat, curat, parat;* Accius in Bruto: *rex, quae in vita usurpant homines, cogitant, curant, vident.*

306. verba Atrei ad Thyestem. — pro *flaccebunt fracebunt* Ribbeckius collato Festi lemmate quod est *fracebunt, displicebunt;* ubi plura adfert Muellerus. neque potest negari habere quo commendetur illud, quamquam fonte Nonii quin fuerit traditum *flaccebunt*, haud dubium. ceterum sicut *iacere* perinde significat et *languere* et *contemni*, ita nescio an *flaccendi* verbum, quod alias de *languente* dicitur, hoc loco possit accipi pro eo quod est *fastidiri, sperni.*

307. 8. ad foedus sanciendum inter fratres haec videntur pertinere. — 308. *adspice hoc sublime candens, quem invocant omnes Iovem.* Eur. inc. fab. frgm. 935 *ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις. τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν.* quae tamen ne exprimi putes v. Enniano, videtur obstare, quod Cicero vertit Latine d. n. d. II, 25, 65; cf. et Prob. in bucol. 6, 31. longius est nunc disputare de eo quod est *sublimen*, cum praesertim id h. l. nullius (ne Festi quidem, si accuratius rem introspexeris) auctoritate testis comprobetur. nec vero dissimulabo, quae Ritschelius disputavit de vocabulo illo op. II, 463 sqq., ex magna parte mihi parum videri recta. Ribbeckio sane rem prorsus probavit. nam et eidem persuasit versus Plautinos accentus grammatici respectu temperari. cf. etiam Bergk. pg. 332.

309—11. verba Thyestae post fratris scelus cognitum.

313. *contingit* de re mala; cf. Cic. tusc. V, 6, 15; comm. in 62.

414—17. Thyestae preces. — 317. *remissa humana vita;* pro *reddita.*

XVI. Andromeda.

Fuit Andromeda inter celeberrimas Euripidis fabulas. eamque exemplo fuisse constat Ennio; sed num sola ea usus sit in tragoedia hac componenda parum certum. — etiam Livii ferebatur Andromeda. — cet. cf. Apollodor. II, 4, 3; Ov. metam. IV, 604—V, 235.

320 sq. *quae cava caeli signitenentibu' confici' bigis;* verba Andromedae saxo affixae lucisque adventum exoptantis. cf. Eur. *ὦ νὺξ ἱερὰ | μακρὸν ὡς ἵππευμα διώκεις | ἀστεροειδέα νῶτα διφρεύουσ' | αἰθέρος ἱρᾶς | τοῦ σεμνοτάτου δι' Ὀλύμπου.*

recte notarunt docti errasse Ennium, cum *ἀστεροειδέα νῶτα* intellegeret non aetheris, sed equorum Noctis. similiter autem dictum ann. 440: *nox quando mediis signis praecincta volabit.*

322. *liberum quaesundum causa familiae matrem tuae.* Cephei haec Perseo matrimonium promittentis Andromedae, si eam ex periculo eripuisset. — *liberum quaesundum causa;* 350 *liberorum sibi quaesendum gratia.* nota autem formula Romana in matrimoniis ineundis. cf. Gell. XVII, 21, 44.

323. *innocens propter te obiecta filiis sum Nerei.* haec Andromeda ad matrem, aspernantem ut videtur matrimonium cum hospite ineundum. — notum propter formae confidentiam, qua se praeferret Nerei filiis, has et Neptunum immisisse beluam marinam Aethiopum terrae et ad horum iram placandam obiectam illi Andromedam.

IV—VIII. *ῥῆσις ἀγγελική* de belua a Perseo interfecta.

329. etiam haec verba quantumvis corrupta ad eandem rem videntur pertinuisse. — refert Ribbeckius ad caput Medusae post pugnam a Perseo humi defossum, nequis eius adspectu laederetur.

XVII. Athamas.

Cf. Apollodor. III, 4, 3; Hygin. fab. 4.

iam ante Ennium de Ino tragoediam scripserat Livius. quam rem ideo memoro, quod Ribbeckius ubi de ea disputat (pg. 34) denuo errorem pridem abolitum commendavit, cum diceret videri posse confusum a Caesio Basso Livium cum Laevio (cuius constat in erotopaegniis fuisse idyllium Ino). ea quam perversa sit opinio vel inde apparet, quod testatur Bassus c h o r i esse versus, qui ab eo memorantur. quos quidem quin ipse liberius refinxerit, praeter alia indicia demonstratur traiecto *et* in illis *balteus et revocet volucres in pectore sinus;* qualis usus loquendi a Laevio pariter atque Livio est alienus.

neque hoc verum est, quod Ino Livii Neronis aetate contendit refictam Ribbeckius, cum dicendum fuerit a Caesio Basso ut alia

ex antiquissima poesi, quae non intellegeret, ita canticum Inus Livianae vel partem cantici esse redactam in eam metri formam, quam latentem deprendisse ille sibi videretur.

330 sqq. falsos prorsus fuisse et vanos qui negarent haec Ennii facile apparet. nam quod dictum est abhorrere a fide eum quinque trimetros continuasse ad graecorum tragicorum normam factos, fefellit illud non constare hac lege versum quartum, nisi *s* primo vocabulo subtraxeris. hoc autem admisso sequitur nullo pacto cogitari posse de tragico Augusto aequali, quo tempore apocope illa cessarat. — cui igitur potius quam summo illi liberae reipublicae auctori artis metricae adscribemus trimetros graecanico modulo continuatos sive tres sive adeo quinque; cum praesertim idem in Scipione duos tetrametros trochaicos iunctos eadem arte perpoliverit; magnaque omnino in metris tragoediae vulgatissimis utatur cura et elegantia? de qua sane Ribbeckio vel parum innotuit vel nihil. — ceterum vulgo v. tertio infando cum hiatu et quidem duplici legitur: *tum pariter euhan euhoe euhoe euhium.*

apparet autem ex h. l. Alexandrinorum poetarum studium variandi deorum vel illustrium sive hominum seu locorum nomina per Ennium propagatum ad Romanos. — cet. conf. Ov. metam. IV, 11—17.

XVIII. Cresphontes.

Cresphontes, rex Messenae, cum plebis partes adversus nobiles suscepisset tutandas, interfectus est ab his duce Polyphonte pariterque duo eius filii. Tum Polyphontes obtinuit regnum coegitque Meropen uxorem Cresphontis nubere sibi.

haec fere Pausanias (VIII, 5, 6; IV, 3, 4; 6) et Apollodorus (II, 8, 4; 5, 4). apud Ennium autem ipse Cypselus, Arcadum rex, socer Cresphontis, a coniuratorum stetit partibus.

335. *an inter sese sortiunt urbem atque agros?* haec si recte se habent, referenda videntur ad concilium nobilium querentium de plebis minis. praecesserant ut puta: *utrum iam occulte caedem nobilium parant?* — Ribbeckius scribit pro *an avi*, et pertinere existimat versum ad sortitionem Peloponnesi partium, quam fecerant Heraclidae; cf. Eur. frgm. 1068.

II—IV. altercatio Cypseli et Meropes.

336. *hostimentum adiungito;* i. e. *vicem reddito.*

339. *huius* monosyllabum.

341—343. haec plane digna Ennio, quem similibus haud raro argutiis delectari notum. fuit tamen qui coniceret addita ea ab auctore rhetoricon. at illa quae sunt '*duxi probum: erravi (post cognovi) et fugio cognitum*' aliena esse ab Ennio non modo perversitate ultimorum declaratur verborum, sed etiam ea re, quod apparet haec accommodata a rhetore mutilato versui 339, cuius quidem altera parte carere nullo pacto possis.

346. *ego cum meae vitae non parcam, leto inimico deprecer?* verba Cypseli adversus filiam rogantem, ut a caede certe Cresphontis abstineatur.

347. coniuratos significari apparet. — *eunt ad fontem, nitidant corpora;* cf. aen. II, 718 sq. *me, bello e tanto digressum et caede recenti, attrectare nefas, donec me flumine vivo abluero.*

348 sq. querelae Meropes, quod maritum et filios interfectos non potuerit sepelire et plangere.

350. verba eiusdem; quae quidem utrum ad parentem sint data an ad Polyphontem parum constat.

351 sqq. haec fortasse ab eadem dicta ut patrem ad amicitiam denuo cum Cresphonte ineundam impelleret. quodsi Cypselum compellari statueris, uterque versus collocandus erit ante 346.

XIX. Erechtheus.

Graeca *Εὐριπίδου Ἐρεχθεύς.*

Erechtheus, Atticae rex, ingressis eius fines Thracibus hoc responsi tulerat ab Apolline Delphico, fore ut vinceret si filiam natu maximam dis mactaret. atque is firmante animum uxore Praxithea ipsaque filia se offerente oraculo paruit. huius autem morti se adiunxerunt sorores. dein commissa pugna Thraces victi. cf. Lycurg. in Leocr. 24, 98; Demarati tragodumena ap. Muellerum frgm. hist. IV, 379 sq.; Apollod. III, 15, 4, 4.

353. *lapideo sunt corde multi quos non miseret neminis;* Erechthei videntur esse verba querentis de animo immiti vatum, qui ne durissima quidem flagitare a consulentibus refugiant. — *quos non miseret neminis;* hic abundantia negandi Graecos sequitur Ennius.

354 sq. verba ut videtur Praxitheae, molliorem Erechthei animum excitantis ad virtutem.

356 sq. verba filiae Erechthei dicentis aequum esse liberos vitam quam a parentibus acceperint offerre pro isdem.

358. *ῥῆσις ἀγγελική.* — si scriptum est ab E. *argunt*, quod in l. habetur Anglicano, conferenda illa *pergo, surgo*, item Horatiana *surpite, surpuerat.*

XX. Melanippa.

Graeca *Εὐριπίδου Μελανίππη ἡ σοφή*; cf. v. E. 89.

Melanippe, Aeoli filia, quae Chironis avi per matrem imbuta erat sapientia, cum compressa esset a Neptuno, geminos edidit. quos reditum patris verita, qui regno excesserat, nutrici tradidit occultandos in bubili. ibi cum a vaccis alerentur, inventi sunt a pastoribus et quod portentum id esse coniectarent delati ad Aeolum, qui patre Hellene monente cremari eos iussit. id ne fieret summo opere obstabat Melanippe, quae sapientium praeceptis demonstrabat nihil esse portenti in natura rerum. cognito autem hos nepotes suos Aeolus matrem excaecatam in locum munitum inclusit, pueros feris obiecit. — non male autem Welckerus et Ribbeckius coniecerunt in fine fabulae aliquid additum, quo atrocitas exitus leniretur. cf. Hygin. fab. 186. — de Melanippae in hac tragoedia partibus Cic. de off. I, 31, 114 haec: *qui gestu (freti sunt), Melanippam sibi eligunt.*

362. verba Hellenis vel Aeoli tollendos censentis pueros, ne di offendantur.

363 sq. *lumine sic tremulo terra et cava caerula candent.* confert Ribbeckius quae ex cantico quodam Melanippae sunt servata, a Meinekio illa talem in modum reficta (frg. 490): *δικαιοσύνας τὸ χρύσεον πρόσωπον· οὔθ' ἕσπερος οὔθ' ἕῳος οὕτω θαυμαστός.* — ceterum falli videri qui haec verba hexametro contineri velint dactylico potiusque anapaestis dispescenda dictum est v. E. 99. — eo autem minus tribuendum opinioni vulgatae, quod a Macrobio afferuntur illa, quem parum gnarum metricae vetustissimorum fuisse scaenicorum, ut ne interpolationis quidem gravioris absit ab hoc loco suspicio, adversariorum Ennianorum cap. I est monitum.

365. *cum saxum sciciderit.* haec verba putat Aeoli Ribbeckius minantis tum demum ex carcere prodituram filiam, cum ipsa saxum sciciderit. — *sciciderit;* cf. v. E. 200.

XXI. Nemea.

Cf. Apollod. III, 6, 2, 4; Hygin. fab. 74. — scripserat de Nemea tragoediam Aeschylus, de Hypsipyle Euripides.

367. *pecudi dare viva marito. iura* scribendum coniecimus, idque etiam Ribbeckio et Bergkio venit in mentem, qui tamen quomodo explicandum existiment non demonstrant. — at videtur Hypsipyle execrari furorem, cuius sola expers manserat, popularium suarum Lemniarum; quae interfectis maribus omnibus voluerint cum pecudibus inire matrimonia et his dare maritorum iura.

XXII. Phoenix.

Phoenix a Phthia Amyntoris concubina, quae illum frustra expeteret, calumnia aspersus apud patrem, velut ipse temptasset eam, ideoque excaecatus est. tum is confugit ad Pelea, qui per Chironem effecit, ut amissum luminis usum recuperaret, eumque Dolopum fecit regem; cf. Apollodor. III, 13, 8, 3. — etiam in hac fabula Euripidem videtur secutus Ennius.

368. 69. verba ut videtur amici hortantis Phoenicem, ut artes Phthiae sua sollertia vincat. — 369. *nolito atque exerce;* cf. 336 *audi atque — adiungito.*

